

maximo indiget: editione nostrā habeāt
Et sicubi in antiquoꝝ voluminū lectio
ne dubitarint. hec illis cōferentes inue
niāt qđ requirūt. **N**axime: cū apud lati
nos tot sint examplaria qđ codices. et v
nusquisq; pꝛo arbitrio suo vel addiderit
vel subtraxerit qđ ei visus est. et vtiq; nō
possit verū esse qđ dissonat. **C**ū cesset ar
cuato vulnere p̄ nos insurgere scorpis
et sanctū opus venenata carpere lingua
desistat. vel suscipiēs si placet. vel cōten
nens si displicet: memineritq; illoꝝ ver
suū. **D**es tuū abundavit malitia: et lin
gua tua p̄cinnabat dolos. **S**edens ad
uersus fratrem tuū loq̄bar: et aduersus fi
liū mātis tue ponebas scandalū: hec feci
sti et tacui. **E**xistimasti inique qđ ero tui
filius. arguā te et statuā illa p̄tra faciē tuā
Que enī audiētis vel legētis vtilitas ē
nos laborādo sudare: et alios detrahēdo
laborare: dolere iudeos qđ calumniandi
eis et irridēdi christianos sit oblata occa
sio. et ecclesie hoies id despicerē imo la
cerare vñ aduersarij torqueant. **D**e siue
tus eis tm̄ interpretatio placet qđ et mihi
nō displicet. et nihil extra recipiendū pu
tant. cur ea qđ sub asteriscis et obelis vel
addita sunt vel amputa: legūt et negli
gunt: **Q**uare danielē iuxta theodotōis
traditionē ecclesie susceperūt: **C**ur ori
genē mirant̄ et eusebiū pamphili. cun
ctas editiones similiter differētes. **A**ut
qđ fuit stulticia: postq; vera dixerint p̄fer
re que falsa sunt. **C**ū aut̄ in nouo testa
mēto. pbare poterūt assumpta testimo
nia que in libris veterib; nō habentur:
Hec dicimus. ne omnino calumnianti
bus tacere videamur. **A**eterū post san
cte paule dormitionē cuius vita virtut;
exemplū est. et hos libros q̄s eustochio
virgini christi negare nō potui. de creui
mus dū spūs hos regit artus. p̄lxatariū
explanationi incūbere. et omisum iam
diu opus q̄si quodā postliminio repete
re: p̄fertim cum ammirabilis sanctusq;
vir p̄machius hoc idem licteris flagi
tet. et nos ad patriā festinātes mortife
ros syrenarū cantus surda debeamus

agere transire.

ExPLICIT plog. **I**ncipit argumentū.
Iosue filius naue. typum dñi
nō solū in gestis: verū etiam
in noie gerens: transiit iordā
nem. hostiū regna subuertit.
diuidit terrā victori p̄plo. et p̄ singulas
vrbes viculos. mōtes flumina. torrētes
atq; confinia ecclesie celestisq; hierusalē
spiritalia regna describit:

ExPLICIT argumentū. **I**ncipit li
ber Josue. **C**apitulum. I.

ET factum est
post mortē moisi serui dñi
vt loqueret̄ dominus ad
iosue filiū nun ministrū
moisi: et diceret ei. **M**oises seruus me
mortuus est. **S**urge et transi iordanē
istū tu et oīs populus tecū: in terrā quā
ego dabo filijs israel. **O**mnē locū quem
calcauerit vestigiū pedis vestri vobis tra
dā: sicut locutus sum moisi. **I**n deserto
libano vsq; ad fluuiū magnū eufraten
oīs terra et theoz vsq; ad mare magnū p̄
solis occasum erit terminus vester. **N**ul
lus poterit vobis resistere cunctis dieb;
vite tue. **S**icut fui cū moise: ita ero te
cum. nō dimittas nec derelinquam te.
Cōfortare et esto robustus. **T**u enī so
te diuides p̄plo huic terrā p̄ qua iuravi
patrib; tuis vt traderē eā illis. **C**ōforta
re igitur et esto robustus valde vt custo
dias et facias oēm legē quā p̄cepit tibi
moises seruus me. **N**e declines ab ea
ad dexterā vel ad sinistrā. vt intelligas
cūcta q̄ agis. **N**ō recedat volumen legis
huius ab ore tuo sed meditaberis in eo
dieb; ac noctibus vt custodias et facias
oīa que scripta sunt in eo. **T**unc diriget
viam tuam et intelliges eam. **E**cce pre
cipio tibi. cōfortare et esto robustus. **N**o
li metuere et noli timere: quoniam te
cum est dominus deus tuus i omnib;
ad quecunq; perrexeris. **P**recepitq; io
sue principibus populi dicēs. **T**ransite

Josue

per mediū castrorū. et imperate populo ac dicite. **P**reparate vobis cibaria: quoniam post diē terciū transibitis iordanē et intrabitis ad possidendā terrā quā dñs deus vester daturus est nobis. **R**ubenitis quoque et gadditis et dimidie tribui manasse ait. **M**emērote sermonis quē pcepit vobis moyses famulus dñi dicens. **D**ñs deus vester dedit vobis requiē et omnē terram. **C**roces vestre et filij vestri ac iumenta manebūt in terra quā tradidit vobis moyses trans iordanē. **V**os autē transite armati ante fratres vros oēs fortes manu et pugnate pro eis donec det requiē dñs fratribus vris sicut et vobis dedit. et possideat ipsi quoque terrā quā dñs deus vester daturus est eis: et sic revertimini in terrā possessionis vre. et habitabitis in ea quā vobis dedit moyses famulus dñi trans iordanē contra solis ortū. **R**esponderūt quoque ad iosue atque dixerūt. **D**ia quę pcepisti nobis faciemus. et quocūque miseris ibimus. **S**icut obediimus in cunctis moysi: ita obediemus et tibi: tūc sit dñs deus tecū sicut fuit cū moise. **Q**ui contradixerit ori tuo et nō obederit cunctis sermonibus quę pceperis ei moriatur. **T**u tūc cōfortare et viriliter age.

Igitur iosue filius nun de sethim duos viros exploratores in abscondito: et dixit eis. **I**te et considerate terrā urbēque hiericho. **Q**ui pgentes ingressi sunt domum mulieris meretricis noīe raab. et quieverūt apud eam. **N**unciatūque est regi hiericho: et dictū. **E**cce viri ingressi sunt huc per noctē de filiis isrl: ut explorent terrā. **V**isit quoque rex hiericho ad raab meretricē dicens. **E**duc viros qui venerūt ad te: et ingressi sunt domū tuā. **E**xploratores quippe sunt. et oēm terrā considerare venerunt. **T**ollēsque mulier viros. abscondit et ait. **F**ateor venerūt ad me: sed nesciebā vñ essent. **C**ūque porta clauderet in tenebris et illi pariter exierūt: nescio quā abierunt. **P**ersequimini cito et comprehendet eos. **I**psa autē fecit ascendere viros in solariū domus sue: operuitque eos stipula lini quę

ibi erat. **Q**ui autē qui missi fuerant secuti sunt eos per viam quę ducit ad vadū iordanis: illisque egressis statim porta clausa est. **N**ecdum obdormierāt qui latebāt. et ecce mulier ascendit ad eos et ait. **N**oui quod dñs tradiderit vobis terrā. **E**t enim irruit in nos terror vester et elanguerūt oēs habitatores terre. **A**udiuim⁹ quod sic cauerit dñs aquas maris rubri ad vestrū introitū quādo egressi estis ex egypto. et quę fecerit s duobus ammorreorū regibus quę erāt trans iordanē. seon et og quę interfecistis. **E**t hęc audientes pertimuit⁹ et elanguit cor nostrū nec remansit in nobis spūs ad introitū vestrū. **D**ñs enim deus vester ipse est deus in celo sursum et in terra deorsus. **N**ūc igitur iurate mihi per dñm ut quod ego mihi feci vobiscū: ita et vos faciatis cum domo patris mei. detisque mihi verū signū ut saluetis patrē meū et matrē. frēs ac sorores meas et oīa quę illorū sūt: et eruatis aīas nostras a morte. **Q**ui responderūt ei. **A**īa nostra sit pro vobis in mortē: si tūc nō prodideris nos. **C**ūque tradiderit nobis dñs terrā faciemus in te misericordiā et veritatē. **D**imisit igitur eos per funē de fenestra. **D**omus enim eius herbat muro. **D**ixit quoque ad eos. **A**d mōtana cōscendite: ne forte occurrant vobis revertētes: abique latitate tribus diebus donec redeāt. et sic ibitis per viā vestrā. **Q**ui dixerunt ad eā. **I**nnox erimus a iuramento hoc quod adiurasti nos si ingredientibus nobis terrā: signū non fuerit funiculus iste coccineus et ligaueris eū in fenestra per quā dimisisti nos. et patrē tuū ac matrē fratresque et oēm cognationē tuā congregaueris in domū tuā. **Q**ui ostiū domus tue ingressus fuerit: reus sibi erit. sanguis ipius erit in caput eius et nos erimus alieni. **C**unctorū autē sanguis quę tecū in domo fuerint redundabit in caput nostrū si eos aliquis tetigerit. **Q**ui si nos perdere volueris et sermonē istū proferre in mediū: erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos. **E**t illa respondit. **S**icut locuti estis ita fiat. **D**imittensque eos ut pergerent appēdit

funiculū coccineū in fenestra. Illi vero ambulātes puenerunt ad montana et manserūt ibi tres dies donec reuenteretur qui fuerāt psecuti. Querētes enī p omnē viā nō reppererūt eos. Quibus urbem ingressis reuerſi sunt. et descenderūt exploratores de mōte: et trāsmisso iordane uenerūt ad iosue filium nun. narrauerūtq; ei omnia q̄ acciderāt sibi atq; dixerunt. Tradidit dominus omnē terram hanc in manus nostras et timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

III
Igitur iosue de nocte cōsurgēs mouit castra. egrediēt esq; de lethim. uenerūt ad iordanē ipse et oēs filij isrl: et morati sunt ibi p tres dies. Quibus euolutis trāſierūt pcones p castrorū mediū: et clamare ceperūt. Quādo uideritis arcā federis dñi dei ueſtri: et sacerdotes stirpis leuitice portātes eā: uos q̄q; cōsurgite et sequimini pcedentes: utq; inter uos et arcā spaciū cubitorū duū miliū. ut pcul magis uidere possitis: et nosse per quā viā ingrediamini quia prius nō ambulastis p eā. et caute ne appropinquetis ad arcas. Dixitq; iosue ad populū. Sanctificamini: cras enī faciet dñs inter uos mirabilia. Et ait ad sacerdotes. Tollite arcā federis: et pcedite populū. Qui iussa cōplentes tulerūt. et ambulauerūt ante eos. Dixitq; dñs ad iosue. Hodie incip̄ a exaltare te corā omni israhel ut sciāt q̄ licet cū moise fui: ita et tecū sim. Tu autē pcipe sacerdotib; qui portāt arcā federis: et dic eis. Quā ingressi fueritis partē aque iordanis. statel in ea. Dixitq; iosue ad filios israhel. Accedite huc et audite uerbū dñi dei ueſtri. Et rursum in hoc inquit scietis q̄ dñs deus uiuens in medio ueſtri est. et disperdet in aspectu ueſtro chanaanē et etheū. eueū et ptereceū. gergeſeū q̄q; et iebuseū et ammoreū. Ecce arca federis dñi ois terre antecedit uos per iordanē. Parate duodeci uiros de duodecim tribub; israhel: singulos p singulas trib;. Et cū posuerint ueſtigia pedū

suorū sacerdotes qui portāt arcā federis dñi dei uniuerse terre in aquis iordanis. aq̄ que inferiores sūt decurrēt atq; deficiēt: q̄ autē de sup uenit in vna mole consistēt. Igitur egressus est ppls de tabernaculis iuis ut trāſirēt iordanē et sacerdotes q̄ portabāt arcā federis pgebant ante eū. Ingressisq; eis iordanē et pedib; eorū in pre aque tinctis: iordanis autē ripas aluei sui tpe messis impleuerat: steterūt aq̄ descendētes in loco vno et ad instar mōtis intumescētes apparebant procul ab urbe que uocat edom vsq; ad locū sarthan. q̄ autē inferiores erāt in mare solitudinis qd̄ nunc uocat mortuū descenderunt vsq; quo oino deficerent. Populus autē incedebat cōtra iordanē. et sacerdotes qui portabāt arcā federis dñi stabāt sup siccā humū in medio iordanis accincti. oisq; ppls p arenstem alueū trāſibat.

III
Quibus trāſgressis dixit dñs ad iosue. Elige duodeci uiros singulos p singulas trib;. et pcipe eis ut tollāt de medio iordanis alueorū bi steterūt pedes sacerdotū. duodecim durissimos lapides q̄s ponetis in loco castrorū ubi fixeritis hac nocte tentoria. Locauitq; iosue duodecim uiros q̄s elegerat de filiis isrl singulos de singulis tribub; et ait ad eos. Ite añ arcā dñi dei ueſtri ad iordanis mediū. et portate inde singuli singulos lapides in humeris ueſtris iuxta numerū filiorū isrl: ut sit signū inter uos. Et qñ interrogauerint uos filij ueſtri cras dicētes: qd̄ sibi uolūt isti lapides: respōdebitis eis. Defecerunt aq; iordanis añ arcā federis dñi cū trāſiret eū: idcirco positi sunt lapides isti in monumentū filiorū israhel vsq; in eternū. Fecerūt ergo filij israhel sicut pcepit eis iosue. portantes de medio iordanis alueo duodecim lapides ut dñs ei imperarat iuxta numerū filiorū isrl: vsq; in locū in q̄ castrametati sunt. ibiq; posuerunt eos. Alios q̄q; duodecim lapides posuit iosue in medio iordanis alueo ubi steterūt sacerdotes qui portabant arcā federis

Josue

domini. et sunt ibi vsq; in presentē diē.
Sacerdotes autē q̄ portabāt arcā stabāt
in iordanis medio: donec oīa cōplerent
q̄ iosue vt loqueretur ad pplm̄ p̄ceperat
dñs: et dixerat ei moyses. **F**estinauitq; po-
pulus ⁊ transijt. **C**unq; transissent oēs
trāsijt et arca dñi. sacerdotes q̄z perge-
bant ante pplm̄. **F**ilij q̄z ruben et gad et
dimidia ps manasse armati p̄cedebant
frēs suos filios israel. sic eis p̄cepat moi-
ses. et q̄draginta pugnatōz milia p̄ tur-
mas ⁊ cuneos incedebāt p̄ plana atq; cā-
pestrina vrbis hiericho. **I**n die illo ma-
gnificauit dñs iosue corā oī israel: vt ti-
merēt eū sicut timuerāt moisen dñi ad-
huc viueret. **D**ixitq; ad eū. **P**recipe sa-
cerdotib; q̄ portāt arcā federis dñi vt a-
scendāt de iordane. **Q**ui p̄cepit eis di-
cens. **A**scendite de iordane. **C**unq; ascen-
dissent portātes arcā federis dñi et siccā
humū calcare cepissent reuerse sunt aq̄
in alueum suū: ⁊ fluebant sicut ante cō-
sueuerant. **P**opulus autē ascendit de
iordane decimo die mensis p̄imi. et ca-
strametā: i sunt in galgalis cōtra orien-
talem plagā vrbis hiericho. **D**uodecim
q̄z lapides quos de iordanis alueo sum-
p̄erant: posuit iosue in galgalis. et dixit
ad filios israel. **Q**uā interrogauerint fi-
lij v̄ri cras p̄rēs suos et dixerint eis. q̄d
sibi volūt lapides isti. **D**ocebitis eos atq;
diceris. **P**er arēntē alueū trāsijt israel
iordanē istū siccante dño deo n̄ro aquas
eius in sp̄ctu nostro donec trāsirem?
sicut fecerat prius in mari rubro q̄d sic-
cauit donec trāsiremus. et discant oēs
terrarū ppli fortissimā dei manūz: vt et
vos timeatis deū v̄strū oī tpe. **¶**

Postq; ergo audierūt oēs reges
p̄ amorreorū q̄ habitabāt trās ior-
danē ad occidentalē plagā ⁊ cun-
cti reges chanaan qui p̄p̄inqua posside-
bant magni maris loca q̄ siccaisset dñs
fluenta iordanis corā filijs israel donec
trāsiret. dissolutū est cor eorū ⁊ nō re-
mansit in eis sp̄s timentū introitū fi-
liorū israel. **E**o tpe ait dñs ad iosue. **F**ac
tibi cultros lapideos. ⁊ circumcide sc̄do

filios israel. **F**ecitq; q̄d iusserat dñs et
circumcidit filios israel in colle p̄putior.
Hec autē causa est sc̄de circūcisionis.
His pls qui egressus est de egypto ge-
neris masculini v̄niuersi bellatores v̄ri
mortui sunt in deserto p̄ lōgissimos vie
circumitus q̄ oēs circū. n̄ erāt. pls autē
qui natus est in deserto p̄ quadraginta
annos itineris latissime solitudinis in-
circūcisus fuit donec p̄sumerent qui nō
audierūt vocē dñi. et quib; ante iuraue-
rat vt ostenderet eis terrā lacte ⁊ melle
manantē. **H**oz filij in locū successerunt
patrū. ⁊ circūcisi sunt a iosue. q̄ sicut na-
ti fuerāt in p̄putio erāt: nec eos i via ali-
quis circumciderat. **P**ostq; autē oēs cir-
cumcisi sunt: manserūt in eodē castrorū
loco: donec sanarent. **D**ixitq; dñs ad io-
sue. **H**odie abstuli obprobriūz egypti a
vobis. **V**ocatūq; est nomē loci illi gal-
gala vsq; in p̄ntem diē. **M**anserūtq; fi-
lij israel in galgalis: et fecerūt phasē quar-
tadecima die m̄sis ad vesperū in cāpe-
stris hiericho ⁊ comederūt de frugibus
terre die altero ⁊ acy mos panes et polē-
tā eiusdē anni. **D**efecitq; manna postq;
comederūt de frugibus terre: nec v̄si sunt
v̄ltra cito illo filij israel. sed comederūt
de frugibus p̄ntis anni terre chanaā. **C**ū
autē esset iosue in agro vrbis hiericho lei-
uauit oculos: et vidi virū stantē p̄tra se
euaginatū tenentē gladiūz: p̄rexitq; ad
eū ⁊ ait. **M**oster es: an aduersariozum?
Qui r̄ndit. **N**equaq; s; sum p̄nceps ex-
ercitus dñi et nūc venio. **L**ecidit iosue
pnus in terrā: et adorās ait. **Q**uid dñs
meus loquit ad seruū suū? **S**olue inq̄t
calciamentū tuū de pedib; tuis. **L**ocus
enī in q̄ stas sanctus est. **F**ecitq; iosue vt
sibi fuerat imperatū. **¶**

Hericho autē clausa erat atq; mu-
nita timore filiorū israel. ⁊ nullus
egredi audebat aut ingredi. **D**i-
xitq; dñs ad iosue. **E**cce dedi in manū tu-
as hiericho ⁊ regē eius. oēsq; fortes vi-
ros. **C**ircumite vrbem cūcti bellatores
semel per diem. **S**ic facietis sex dieb;.
Septimo autem die sacerdotes tollēt

septem buccinas: quaz vsus est in iubi-
leo et pcedent arcā federis. Septiesq;
circūibitis ciuitatē. ⁊ sacerdotes clanget
buccinis. Cūq; insonuerit vox tube lon-
gior atq; cōcilioꝝ. et in aurib; v̄s; incre-
puerit clamabit oīs ppl̄s vociferatōne
maxia. et muri fundit' corruēt ciuitatē
ingrediēturg; singli p locū p̄tra quē ste-
terint. Vocauit ergo iosue filius nun sa-
cerdotes et dixit ad eos. Tollite arcā fe-
deris. Et septē ali; sacerdotes tollēt le-
ptem iubileoꝝ buccinas. ⁊ incedāt ante
arcā dñi. Ad ppl̄m q̄z ait. Ite et circūite
ciuitatē armati pcedentes arcā dñi. Cū
q; iosue verba finisset: et septē sacerdo-
tes septē buccinis clangeret ante arcā
federis dñi oīsq; ppl̄s pcederet armati
exercit'. reliquū vulg' arcā sequebat ac
buccinis oīa cōcrepabāt. Precepit autē
iosue ppl̄o dicēs. Nō clamabitis: nec au-
dies vox v̄s; neq; vllus sermo ex ore ve-
stro egrediet' donec veniat dies in q̄ di-
cā vobis. Clamate ⁊ vociferamini. Cir-
cumiuit g; arcā dñi ciuitatē semel p diē.
et reuersa est in castra mā sit ibi. Igit' io-
sue de nocte p̄surgēte tulerūt sacerdotes
arcā dñi: et septē ex eis septē buccinas q̄-
rum in iubileo vsus est. pcedebātq; ar-
cam dñi ambulātes atq; clangētes. ⁊ ar-
matus ppl̄s ibat ante eos. vulgus autē
reliquū sequebat arcā: et buccinis p̄so-
nabāt. Circumierūtq; ciuitatē sc̄do die
semel: et reuersi sunt in castra. Sic fece-
runt sex dieb;. Die autē septimo dilucu-
lo cōsurgētes: circumierūt vrbē sicut di-
spositū erat septies. Cūq; septimo cir-
cunitu clangeret buccinis sacerdotes:
dixit iosue ad oēm israel. Vociferamini
Tradidit enī vob dñs ciuitatē. Sitq;
cinitas hęc anathema. ⁊ oīa q̄ in ea sunt
dñi. Sola raab meretrix viuat cū vni-
uersis q̄ cū ea in domo sūt Abscōdit enī
nūcios q̄s direximus. Vos autē caute-
ne de his q̄ p̄cepta sūt vobis quippiā cō-
tingatis. et sitis p̄uicatiois rei: et oīa
castra israel sub pctō sint atq; turbent'.
Quicqd autē auri et argēti fuerit et va-
siorū eneoꝝ ac ferri. dñi p̄secrēf repositū

in thesauris eius: Igit' oī ppl̄o vociferā-
te et clangentib; tubis postq; in aures
multitudinis vox sonitusq; increpuit. mu-
tilico corruerūt. et ascēdit vnusquisq;
p locū qui cōtra se erat. Ceperūtq; ciui-
tatē: et interfecerūt oīa que erāt in ea a
viro vsq; ad mulierē ab infante vsq; ad
senē. Boves q; et oues ⁊ asinos in ore
gladij p̄cusserūt. Duob; autē viris qui
exploratores missi fuerant: dixit iosue.
Ingredimini domū mulieris meretrix
cis et producite eā et oīa q̄ illius sunt si-
cut illi iuramēto firmastis. Ingressiq;
iuuenes eduxerūt raab et parētes eius
fratres q; et cunctā suppellectilē ac co-
gnatione illius. et extra castra israel ma-
nere fecerūt. Urbem autē et oīa q̄ inue-
ta sunt in ea. succenderūt absq; auro et
argento ⁊ vasīs eneis ac ferro. que in es-
tariū dñi p̄secrarūt. Raab vero meretri-
cem et domū patris eius ⁊ oīa q̄ habebat
fecit iosue viuere et habitauerūt in me-
dio isrl vsq; in p̄ntem diē. eo q; abscon-
derit nūcios q̄s miserat vt explorarent
hiericho. In tpe illo impreat' est iosue
dicēs. Maldictus vir corā dño: q̄ susci-
tauerit ⁊ edificauerit ciuitatē hiericho.
In p̄mogenito suo fundamēta illius ia-
ciat. et in nouissimo liberorū ponat portas
eius. Fuit ergo dñs cū iosue ⁊ nomē ei'
vulgatū est in oī terra. 3. Reg. 16. **VII**
Hij autē israel p̄uicati sūt mā-
datū. et vsurpauerūt de anathe-
ma. Nā achā filij charmi fi-
lij gabdi filij care de tribu iuda tulit ali-
quid de anathemate. Fratrusq; est dñs p̄
filios israel. Cūq; mitteret iosue de hie-
richo viros p̄ hay. q̄ ē iuxta bethauen ad
orientalē plagā oppidi bethel dixit eis.
Ascēdite et explorate terrā. Qui p̄cepta
cōplentes explorauerūt hay. Et reuersi
dixerūt ei. Nō ascēdat oīs ppl̄s: sed duo
vel tria milia virozū pergāt et deleant ci-
uitatez. Quare omnis populus frustra
verabit p̄tra hostes paucissimos. Ascen-
derunt ergo tria milia pugnatōꝝ. q̄ sta-
tim terga vertentes: percussi sunt a vi-
tisorbis hay: et corruerūt ex eis triginta

Josue

et sex hoies. Persecutiq; sūt eos aduer-
sarij de porta vsq; ad sabarim ⁊ cecide-
runt p. pna fugientes. Pertimuitq; cor
populi ⁊ ad inltar aq; liquefactū est. **Josue**
vero scidit vestimēta sua. et pnus ce-
cidit in terrā corā arca dñi vsq; ad vespe-
rā tā ipse q̄ oēs senes israel. Miserūtq;
puluerē super capita sua: et dixit iosue.
Deu dñe deus. Quid voluisti traduce-
re pplm istū iordanē fluiū vt traderes
nos in manus ammorei et perderes?
Utinā vt cepimus mansissemus trans
iordanē. **Si domine deus quid dicam:**
vidēs israelē hostib; suis tergavertentē
Audient chananei et omīs habitatores
terre. et pariter cōglobati circundabūt
nos atq; delebunt nomē nostrū de ter-
ra. **Et qd facies magno noi tuo?** Dixit
q; dñs ad iosue. **Surge:** cur iaces pn?
in terra: **Peccauit israel et p̄uaticatus**
est pactū meū: tulerūtq; de anathema-
te et furati sunt atq; mentiti. et abscon-
derunt inter vasa sua. **Nec poterit israel**
stare añ hostes suos: eosq; fugiet. quia
pollutus est anathemate. **Nō ero vltra**
robicū donec cōteratis eū qui hui? sce-
leris reus est. **Surge sanctifica populū**
et dic eis. **Sanctificamini in crastinū.**
Hec enī dicit dñs deus israel. **Anathe-**
ma in medio tui est israel. **Non poteris**
stare corā hostib; tuis donec deleaf ex te
q̄ hoc cōtaminat? est scelere. **Accedetisq;**
mane singuli p̄ tribu v̄ras. et quamcun-
q; tribū fors inuenerit: accedet p̄ cogna-
tōnes suas ⁊ cognatio p̄ domos. **domus**
q; p̄ viros. et quicūq; ille in hoc facinore
fuerit deprehensus cōburef igni cum oī
substācia sua. qm̄ p̄uaticatus est pactū
dñi: et fecit nephās in israel. **Surgens**
itaq; iosue mane: applicuit israel p̄ tribu
suas. et inuēta est tribu iuda. **Que cum**
iurta familias suas esset oblata: inuēta
est familia care. **Ilia q; p̄ domos offe-**
rēs reperit cabdi: cui? domū in singu-
los diuidēs viros: inuenit achan filius
charmi. filij cabdi. filij care de tribu iu-
da. **Et ait iosue ad achā.** **Fili mi.** da glo-
riā dño deo israel et cōfortare. atq; indi-

ca mihi qd feceris ne abscondas. **Respon-**
ditq; achan iosue ⁊ dixit ei. **Uere ego pec-**
cavi dño deo israel. et sic ⁊ sic feci. **Uidi**
enī inter spolia palliū coccineū valde bo-
nū et ducētos siclos argēti. regula m̄q;
aureā quinquagita sicloz et cōcupiscēs
abstuli et abscondi in terra cōtra mediū
tabernaculi mei: argentūq; fossa humo
operui. **Misit ergo iosue ministros qui**
currētes ad tabernaculū illius repperē-
rūt cūcta abscondita in eodē loco et argē-
tū simul. **Auferētēsq; de tētorio tulerūt**
ea ad iosue et ad oēs filios israel: piece-
rūtq; ante dñm. **Tollēs itaq; iosue achā**
filij care argentūq; et palliū et aureā re-
gulā. filios q; et filias eius: boues et asi-
nos et oues ipm̄q; tabernaculū et cun-
ctā suppellectilē ⁊ oīs isrl cū eo: duxerūt
eos ad vallē achor: vbi dixit iosue. quia
turbasti nos: exturbet te dñs in die hac
Lapidauitq; eū oīs israel: et cūcta que il-
lius erāt igne cōsumpta sunt. **Cōgrega-**
uerūtq; sup eū aceruū magnū lapidum
qui p̄manet vsq; in p̄stem diē. **Et auer-**
sus est furoz dñi ab eis. **Locatumq; est**
nomē illius vallis achor vsq; hodie.

Uerit autē dñs ad iosue **VIII**
o **Ne timeas neq; formides.** **Tol-**
le tecū oēs multitudinē pugna-
torū: ⁊ p̄surgēs ascende in oppidū hay.
Ecce tradidi in manū tuā regē eius et
populum vrbeq; et terrā. **Faciesq; vrbi**
hay ⁊ regi eius: sicut fecisti hiericho ⁊ re-
gi illius. **Predā vero et oīa animantia**
diripietis vob. **Donec insidias vrbi possē-**
eā. **Surrexitq; iosue et omnis exercit?**
bellatoz cum eo: vt ascenderēt in hay.
Et electa triginta milia viroz fortū mi-
si nocte. p̄cepitq; eis dicens. **Donite**
insidias post ciuitatē. **Nec longius rece-**
datis. et eritis omnes parati. **Ego autē**
et reliqua multitudo que mecū est ascē-
demus et aduerso cōtra vrbem. **Quisq;**
exierint cōtra nos sicut ante fecim? fu-
giemus. et tergavertem? donec p̄sequē-
tes ab vrbe longā p̄trahant. **Dutabūt**
enī nos fugere sicut prius. **Nobis ergo**
fugientib; illis p̄sequētib; p̄surgētis

te infidijs ⁊ vastabitis ciuitatē tradetq;
eā dñs deus vestr in man⁹ vestras. Cū
q; ceperitis succēdite eā. et sic oīa faciet;
vt iussi. **D**imisitq; eos ⁊ praxerūt ad lo
cū infidiarū: sederūtq; inter bet hel ⁊ hay
ad occidentalē plagā vrbis hay. **I**osue
aut nocte illa in medio māsit ppli. **S**ur
gēs q; diluculo recēsiuit socios. et ascēdit
cū seniorib; in frōte exercit⁹. vallat⁹ au
xilio pugnatōz. **C**ūq; venissent et ascen
dissent ex aduerso ciuitatis. steterūt ad
septentrionalē vrbis plagā: inter quā ⁊
eos vallis erat media. **Q**uīq; aut milia
viros elegerat ⁊ posuerat in infidijs inf
bethauen ⁊ hay ex occidē tali pte eiusde;
ciuitatis. **D**is vero reliquis exercitus
ad aquilonē aciē dirigebat. ita vt nouissi
mi multitudis occidentalē plagā vrbis
attingerēt. **A**hjt ḡ iosue nocte illa: ⁊ ste
tit i vallis medio. **Q**ū cum vidisset rex
hay festinauit mane. ⁊ egressus est cū oī
exercitu ciuitat⁹: direxitq; aciē i desertū
ignorās q; post tergū laterēt infidie. **I**o
sue vero et oīs israel cesserūt loco. simu
lantes metū et fugiētes p solitudis viā
At illi vociferantes piter ⁊ se mutuo co
horantes psecuti sūt eos. **C**ūq; recessis
sent a ciuitate. et ne vnus quidē in vrbe
hay ⁊ bethel remāsisset q; nō psequerēt
israel: sicut eruperāt apta oppida relin
quētes: dixit dñs ad iosue. **L**euā clypeū
q; in maū tua est i vrbe hay. qm̄ tibi tra
dā eā. **C**ūq; eleuasset clypeū ex aduerso
ciuitatis infidie q; latebāt surrexerūt cō
festim et p̄gētes: ad ciuitatem ceperunt
et succenderūt eā. **V**iri aut ciuitat⁹ q; p
sequebant iosue. respiciētes et vidētes
fumū vrbis ad celū vsq; cōscendere. nō
potuerūt vltra huc illucq; diffugere. p
sertim cū hi q; simulauerāt fugā. et ten
debant ad solitudinē i psequētes fortis
sime resistissent. **V**idēs q; iosue et oīs is
rael q; capta esset ciuitas ⁊ fumus vrbis
ascenderet: reuersus pcussit viros hay.
Siquidē et illi q; ceperāt ⁊ succenderāt
ciuitatez. egressi ex vrbe i suos medios
hostiū ferire ceperūt. **C**ū ergo ex vtrāq;
pte aduersarij cederent ita vt nullus de

tanta multitudine saluaret. regē q; vr
bis hay apprehenderūt viuentē ⁊ obtule
rūt iosue. **I**git oib; interfectis q; israelē
ad deserta tendentē fuerāt psecuti et in
eodē loco gladio corrūctib; reuersi filij
israel puerunt ciuitatē. **E**rat aut q; in
eodē die cōciderāt a viro vsq; ad mulie
rē. duodecim milia oēs vrbis hay. **I**os
sue vero nō cōtraxit manū quā in iudū
me porregerat tenēs clypeū: donec inter
ficerentur oēs habitatores hay. **S**umē
ta aut et predā ciuitatis diuulserunt sibi fi
lij israel: sicut p̄ceperat dñs iosue. **Q**ui
succendit vrbem: ⁊ fecit eā tumulū lem
piternū. **R**egē q; eius suspendit in pati
bulo vsq; ad vespērā et solis occasum. p̄
cepitq; iosue et de posuerūt cadauer eius
de cruce: piecerūtq; in ip̄o introitu ciui
tatis cōgesto sup eo magno aceruo lapidū
qui p̄manet vsq; in p̄ntem diem.
Tūc edificauit iosue altare dño deo isrl
in mōte hebal: sicut p̄ceperat moises fa
mulus dñi filijs israel. et scriptū est i ro
lumine legis moisi. altare de lapidibus
impolitis q; ferrū nō tetigit: et obtulit
sup eo holocaustū dño: imolauitq; paci
ficas victimas. **E**t scripsit sup lapides
deuteroniū legis moisi q; ille digesse
rat corā filijs israel. **D**is aut p̄pls ⁊ oēs
maiores natu. ducesq; ac iudices stabāt
ex vtrāq; pte arce in aspectu sacerdotū.
qui portabāt arcā federis dñi vt aduena
ita ⁊ indigena. **M**edia ps eoꝝ iuxta mō
tem garicim: et media iuxta montē he
bal sicut p̄ceperat moises famulus do
mini. **E**t primum quidem benedixit po
pulo israel: post hęc legit oīa verba bene
dictionis et maledictōis. et cūcta q; scri
pta fuerāt in legis volumine. **N**ihil ex his
q; moises iusserat reliquit intactū. **S**ed
vniuersa replicauit coram omni multi
tudine israel mulieribus ac parulis et
aduenis qui inter eos morabant.

IX
Quibus auditis cūcti reges trās
q; iordanē q; versabant in monti
nis ⁊ campesrib; in maritimis
ac litore magni maris. hi q; q; habitabāt

Josue

iuxta libanū et heus et ammoreus. chanaanus. pithereus et eue. et iebuseus. congregati sunt piter. ut pugnaret contra iosue et isrl vno aīo eadeq; līa. At hi q; habitabāt in gabaon: audientes cūcta q; fecerat iosue hiericho et hay: callide cogitātes tulerūt sibi cibaria. iaccos veteres afinis imponētes. et tres vinarios scissos atq; cōstos: calciamētaq; panti qua q; ad iudiciū verustatis piratīs cōfuta erāt: induti veterib; vestimētis panes q; quos portabāt ob viaticum duri erāt et in frustra cōminuti. Perreperūtq; ad iosue qui tūc morabāt in castris galgale: et dixerunt ei atq; simul oī israheli. De terra longinqua venimus pacē vobiscū facere cupiētes. Responderūtq; filij isrl ad eos atq; dixerūt. Ne forte in terra q; nobis sorte de be' habitetis: et nō possumus fedus inire vobiscū. At illi ad iosue serui inquit tui sum? Quib; iosue ait. Qui nā est; vos aut vñ venistis. Respondēt. De terra longinq; valde venērūt serui tui in noīe dñi dei tui. Audiuimus enī famā potētie ei. cūcta q; fecit in egypto et duob; regib; ammoreoz qui fuerūt trās iordanē. seon regi eseton et og regi basan qui erāt in astaroth dixeruntq; nobis seniores et oēs habitatores terre nostre. Tollite in manib; vris cibaria ob longissimā viā: et occurrite eis et dicite. Serui vñ sum? sed? inire nobiscū. En panes qñ egressi sum? de domib; nris vt venirem? ad vos calidos sumpsim?. nūc sicci facti sunt: et verustate nimia cōminuti. Tres vini novos impleuim?: nūc rupti sunt et soluti. Vestes et calciamēta q; induimur et q; habemus in pedib; ob longitudinē longioris vie trita sunt et pene psumpta. Susceperūt igit; de cibarijs eoz: et os dñi nō interrogauerūt. Fecitq; iosue cū eis pacē vñito federe pollicitus est vt nō occiderent. Principes q; multitudinis iurauerūt eis. Post dies aut tres iuniti federis audierūt q; in vicino habitaret. et inter eos futuri essent.ouerūtq; castra filij isrl et venerūt in ciuitates eoz die

tercio. quaz hec vocabula sunt. gabaon et caphira et beroth et cartathiarim. Et nō pcusserūt eos eo q; iurassent eis pncipes multitudinis in noīe dñi dei isrl. Murmurauit itaq; oēs vulgus pncipes isrl. Qui rñderūt eis. Iurauim? eis in noīe dñi dei isrl: et idcirco nō possumus eos cōtingere. Et hoc faciemus eis. Reseruent quidē vt viuāt ne p nos ira dñi cōcitetur si peierauerimus: sed sic viuant vt in vsu pniuerse multitudinis ligna cedāt: aquasq; cōportēt. Quibus hec loquētib; vocauit gabaonitas icfue: et dixit eis. Cur nos decipe fraude voluistis. vt diceretis pcul valde habitam? a vob cū in medio nri sitis. Itaq; sub maledictione eritis et nō deficiet de stirpe vñ ligna cedēs. aquasq; cōportant in domū dei mei. Qui responderūt. Punctatum est nobis seruis tuis q; pmississ; dñs deus tuus moisi seruo suo: vt traderet vobis oēm terrā: et disperderet cūctos habitatores eius. Timuim? igit; valde. et puidimus aiab; nris vstro terrore p pulsi: et h' pñliū iniuim?. Nūc aut in manu tua sum?. qd tibi bonū et rectū videtur fac nobis. Fecit ergo iosue vt dixerat et liberauit eos de manu filioz israhel: vt nō occiderētur. Decreuitq; in illo die eos esse in ministerio cūcti ppli et altaris dñi cedētes ligna et aq; cōportantes: vsq; in pñs tps in loco quē dñs elegisset.

Que cū audisset adonisech rex hierusalē q; se cepisset iosue hay et subūstisset eā: sic enī fecerat hiericho et regi ei: sic fecit hay et regi illi. et q; trāsugissent gabaonite ad isrl. et essent federati eoz: timuit valde. Urbs enī magna erat gabaon et vna ciuitatū regaliū. et maior oppido hay oēsq; bellatores ei fortissimi. Misit g adonisech rex hierlm ad obā regē hebron et pharā regē hierimoth ad iaphie q; regē lachis et ad dahir regē eglon. dicens. Ad me ascendite et ferte presidium vt expugnemus gabaon: quare transfugerit ad iosue et ad filios israhel. Congregati igitur ascenderunt quinq; rezes

ammoreoz: rex hierusalē. rex hebzō. rex hierimoth. rex lachis. rex eglon. sūt cum exercitibz suis. et castrametati sunt circa gabaon oppugnātes eam. **H**abitatores autē gabaon urbis obesse: miserūt ad iosue qui tūc morabat in castris apud galgalam et dixerūt ei. **N**e retrahas manus tuas ab auxilio seruoꝝ tuoꝝ. **A**scēde cito et libera nos: seroꝝ p̄fidiū. **E**t uenerūt enim aduersum nos oēs reges ammoreoꝝ qui habitant in montanis. **A**scēditq; iosue de galgalis et oīs exercitus bellatoꝝ cū eo viri fortissimi. **D**ixitq; dñs ad iosue. **N**e timeas eos. **I**n manus enim tuas tradidi illos. **N**ullus enim ex eis tibi resistere poterit. **I**ruit itaq; iosue super eos repente: tota nocte ascendēs de galgalis. **E**t turbauit eos dñs a facie israel: contriuitq; plaga magna in gabaon ac p̄secutus est eos p̄ uia ascēsus bethoron. et percussit vsq; azecha et maceda. **C**ūq; fugerēt filios israel. et essent in descēsu bethoron: dñs misit super eos lapides magnos de celo vsq; ad azecha. **E**t mortui sūt multo plures lapidibz grandinis: q̄ quos gladio percussērant filij israel. **T**ūc locut⁹ est iosue dño in die qua tradidit ammoreū in cōspectu filioꝝ israel: dixitq; corā eis. **S**ol cōtra gabaon ne mouearis: et luna ꝑ uallem haylon. **E**teterūtq; sol et luna donec uisceret se gens de inimicis suis. **N**ōne scriptum est hoc in libro iustozū: **E**tetit itaq; sol in medio celi et nō festinauit occumbere spacio vnus diei. **N**ō fuit antea et postea tā lōga dies obediēte dño uoci hominis: et pugnāte ꝑ isrl. **R**euersusq; est iosue cū omni israel in castra galgale. **F**ugerūt enim quinq; reges: et se abscoederant in spelunca urbis maceda. **A**nunciatūq; est iosue q̄ inuenti essent quinq; reges: latētes in spelunca urbis maceda. **Q**ui precepit socijs et ait. **N**olite fara ingentia ad os spelunce: et ponite viros industrios qui clausos custodiant. **V**os autē nolite stare sed p̄sequimini hostes. et extremos quousq; gentium cedite. **N**e dimittatis eos ut

bium suarū intrare p̄fidia: quos tradidit dñs deus in manus uestras. **C**esis ergo aduersarijs plaga magna et vsq; ad internitionē pene p̄umptis hi q̄ israel effugere potuerunt. ingressi sunt ciuitates munitas. **R**euersusq; est oīs exercitus ad iosue in maceda ubi tūc erant castra. sani et integro numero. **N**ullusq; cōtra filios israel mutire ausus est. **P**recepitq; iosue dicēs. **A**perite os spelunce: et p̄ducite ad me quinq; reges qui in ea latitant. **F**ecerūtq; ministri ut sibi fuerat imperatū: et adduxerūt ad eū quinq; reges de spelunca: regē hierusalē. regē hebzon. regem hierimoth. regē lachis. regem eglon. **C**ūq; educti essent ad eū rocauit omnes viros israel. et ait ad p̄ncipes exercitus qui secū erant. **I**te et ponite pedes sup colla regum istorū. **Q**ui cum p̄cesserūt et subiectoz colla pedibz calcarent rursus ait ad eos. **N**olite timere nec paueatis. **P**fortamini et estote robusti. **S**ic enim faciet dñs cunctis hostibus uestris aduersus q̄s dimicabitis. **P**ercussitq; iosue et interfecit eos: atq; suspēdit sup quinq; stipites: fueruntq; suspensi vsq; ad ueperū. **C**ūq; occideret sol p̄cepit socijs ut deponeret eos de patibulis q̄ depositos p̄cerūt in spelunca in qua latuerant et posuerūt sup os eius fara ingentia q̄ p̄manēt vsq; in p̄sens. **E**odem die maceda q̄ cepit iosue et percussit in ore gladij: regēq; illius interfecit et omnes habitatores eius. **N**ō dimisit in ea saltē paruas reliquias. **F**ecitq; regi maceda sicut fecerat regi hiericho. **T**ransiuit autē cū omni isrl de maceda in lebna et pugnabat cōtra eam quā tradidit dominus cum rege suo in manus israel. **P**ercusserūtq; urbem in ore gladij et oēs habitatores eius. **N**on dimiserunt in ea ullas reliquias. **F**ecerūtq; regi lebna sicut fecerāt regi hiericho. **D**e lebna transiuit in lachis cum omni israel. et exercitu ꝑ gyrum disposito: oppugnabat eam: tradiditq; dominus lachis in manus filioꝝ israel. et cepit eaz die altero atq; percussit in ore

Iosue

gladij omnē aiā que fuerat in ea sicut fecerat lebna. **E**o tpe ascēdit hirā rex gacer vt auxiliaret lachis: quē percussit ioseph cū omni populo ei' vsq; ad internitionē. **T**ransiuitq; de lachis in eglon. et circūdidit atq; expugnauit eā in eadem die: percussitq; in ore gladij oēs aiās q̄ erant in ea iuxta omnia q̄ fecerat lachis. **A**scendit q̄q; cum omni israel de eglon in hebron et pugnavit cōtra eā: cepitq; et percussit in ore gladij. regē q̄z eius et oīa oppida regionis illius vniuersaq; aiās q̄ in ea fuerāt cōmorate. **N**ō reliq̄t in ea vllas reliq̄as. **S**icut fecerat eglon sic fecit et hebron: cūcta q̄ in ea repperit cōsumens gladio. **I**nde reuersus in dabitir. cepit eā atq; vastauit: regē q̄z eius atq; oīa p̄ circuitū oppida percussit in ore gladij. **N**on dimisit in ea vllas reliq̄as. **S**icut fecerat hebron et lebna et regibus earū sic fecit dabitir et regi illius. **P**ercussit itaq; ioseph omnē terrā montanā et meridianā atq; campestrē: et aseroth cum regib; suis. **N**ō dimisit in ea vllas reliq̄as: sed omne quod spirare poterat interfecit: sicut p̄ceperat ei dñs deus isrl. a cadesbarne vsq; gacam. **O**mnē terrā gosen vsq; gabaō vniuersosq; reges et regiones eorū vno impetu cepit atq; vastauit. **D**ominus enim deus israel pugnavit pro eo. **R**euersusq; est cum omni israel ad locum castrorū in galgala.

CX

Que cum audisset iabin rex asor misit ad iobab regē madā et ad regem semeron atq; ad regem aclaph. ad reges q̄z aquilonis q̄ habitabant in mōtanis et in planitie p̄tra meridiē ceneroth. in campestrib; q̄z regionibus dō: iuxta mare: chananeū q̄q; ab ab oriēte et occidēte. et ammoreū atq; ethum ac pherecēū et iebuseū in mōtanis eueū q̄z q̄ habitabat ad radices hermon i terra maspha. **E**gressiq; sūt oēs cū turmis suis: p̄pls multus nimis. sicut harena q̄ est in litore maris. equi q̄z et currus immēse multitudinis. **C**ōuenērūtq; oēs reges isti in vnū ad aquas

meron vt pugnarent contra israel. **D**ixitq; dominus ad ioseph. **N**e timeas eos. **A**ras enim hac eadez hora ego tradā oēs istos vulnerādos i cōspectu isrl. **E**quos eorū subneruabis: et currus igne cōbures. **V**enitq; ioseph et oīs exercitus eius cum eo aduersus illos ad aquas meron subito. et irruerūt sup eos tradiditq; illos dñs in manū israel. **Q**ui percusserūt eos et p̄secuti sunt vsq; ad fidonē magnā et aq̄s masserephot. campūq; masphē q̄ est ad orientālē illi' p̄tē. **I**taq; percussit oēs vt nullas dimitteret ex eis reliq̄as. **F**ecitq; sic p̄ceperat ei dñs. **E**q̄s eorū subneruauit: currusq; p̄bussit igni. **R**euersusq; statim cepit asor. et regē ei' percussit gladio. **A**sor enim antiquit' inter oīa regna hec principatū tenebat. **P**ercussitq; oēs aiās q̄ ibidē morabant. **N**ō dimisit in ea vllas reliq̄as. sed vsq; ad internitionē vniuersā vastauit: ipamq; urbē pemit incendio. et oēs p̄ circuitū ciuitates. **R**eges q̄z earū cepit. percussit atq; teleuit: sicut p̄ceperat ei moyses famulus dñi. **A**bsq; vrbib; q̄ erāt in collibus et in tumulis site. ceteras succendit israel vnā tñm asor munitissimā flamma cōsumpsit. **D**ēmq; p̄dā istarū vrbium ac iumenta diuiserūt sibi filij isrl cūctis hōib; interfecit. **S**icut p̄ceperat dñs moysi seruo suo: ita p̄cepit moyses ioseph. et ille vniuersa compleuit. **N**ō p̄terijt de vniuersis mandatis: nec vnū quidē verbū qd iusserat dominus moysi. **C**epit itaq; ioseph omnē terrā montanā et meridianā. terramq; gosen et planitiem et occidentalem plagam montēq; isrl et campestria eius et p̄tē mōtis q̄ ascēdit ser vsq; baalgath p̄ planitiem libani subter montē hermon. oēs reges eorū cepit percussit et occidit. **M**ulto tpe pugnavit ioseph cōtra reges istos. **N**on fuit ciuitas q̄ se nō traderet filijs israel p̄ter eueū qui habitabat in gabaō. **O**ēs enim bellando cepit. **D**ñi enim sentētia fuerat vt indurarent corda eorū et pugnarēt cōtra israel et caderēt et nō mererent vllam clemenciā. ac p̄irent sicut p̄ceperat

dominus moysi. In tpe illo venit iosue
et interfecit enachim de mōtanis hebrō
et dabit ⁊ anab ⁊ de oī mōte iuda et isrl.
vrbesq; eoz deleuit. Nō reliquit vllū de
stirpe enachim ī terra filioꝝ isrl absq; ci-
uitatib; gaca et geth ⁊ aqoto: an q̄b; solū
relicti sunt. Cepit ḡ iosue oēm terrā si-
cut locutus est dñs ad moysen. et tradi-
dit eā in possessionē filijs isrl s̄m ptes ⁊
trib; suas. q̄euitq; terra a p̄ijs. **XII**

H sunt reges q̄s pcusserūt filij
israel ⁊ possederūt terrā eozum
trās iordanē ad solis ortū a tor-
rente arnon vsq; ad montē hermō ⁊ oēs
orientalē plagā que respicit solitudinē.
Seon rex ammoreozū q̄ habitabat in
eseton. dñatus ē ab aroer q̄ sita est sup
ripā torretis arnon. et medie ptis ī val-
le dimidieq; galaad vsq; ad torrentē ie-
loc q̄ est terminus filioꝝ ammō. et a so-
litudine vsq; ad mare ceneroth q̄ orien-
tem. et vsq; ad mare deserti q̄d est mare
salissimū. ad orientalē plagā p viā q̄ du-
cit bethsimoth. et ab australi pte q̄ sub-
iacet aseroth vsq; phasga terminos og re-
gis basan. de reliquijs raphaim q̄ habi-
tauit ī asaroth ⁊ in edrai. et dñat⁹ est in
mōte hermō ⁊ in salecha atq; in vniuer-
sa basan vsq; ad terminos gessuri ⁊ ma-
chati ⁊ dimidie ptis galaad ad terminos
seon regis eseton. Moyses famulus dñi
⁊ filij israel pcusserūt eos tradiditq; ter-
ram eoz moyses in possessionē rubenitis
et gaddit⁹ ⁊ dimidie tribui manasse. Hi
sunt reges terre q̄s pcussit iosue et filij
israel trās iordanē ad occidentalē plagā
a baalgad in cāpo libani vsq; ad montē
libani cui⁹ ps ascēdit in seir. Tradiditq;
eā iosue in possessionē tribub; israel sin-
gulis ptes suas. tā in mōtanis q̄ ī pla-
nis atq; campestribus. In aseroth ⁊ in
solitudine ac ī meridie et heus fuit ⁊ am-
moreus chananeus et phereceus. eue-
us et iebuceus. Rex hiericho vn⁹. Rex
hay q̄ est ex latere bethel vnus. Rex hie-
rusalē vnus. Rex hebron vnus. Rex hie-
rimoth vnus. Rex lachis vn⁹. Rex eglo
vnus. Rex gacer vnus. Rex dabit vn⁹.

Rex gader vn⁹. Rex herma vnus. Rex
hereth vnus. Rex lebna vn⁹. Rex odol-
lam vnus. Rex maceda vnus. Rex be-
thel vnus. Rex taphua vnus. Rex ofer
vnus. Rex affec vnus. Rex saron vn⁹.
Rex madan vnus. Rex asoz vnus. Rex
sameron vnus. Rex acsaph vnus. Rex
thenach vnus. Rex mageddo vn⁹. Rex
cedes vnus. Rex iachanen carmeli vn⁹.
Rex dor et puincie dor vn⁹. Rex gentiū
galgal vnus. Rex therfa vnus. Omnes
reges triginta vnus. **XIII**

Iosue senex pucteq; etat⁹ erat
et dixit dñs ad eū. Senuisti et
longeuus es: terraq; latissima
derelicta est. q̄ necdū sorte diuisa est oīs
videlicet galilea philistim et vniuersa
gessuri. a fluuio turbido qui irrigat egyptum:
vsq; ad terminos accaron contra
aquilonē terra chanaan que in quinq;
regulos philistim diuiditur. gaceos et
aqotios ascalonitas getheos et accaroni-
tas. Ad meridiē vero sunt euei. oīs ter-
ra chanaan. et maara sidoniorū vsq; ase-
ca et terminos ammorei eiusq; cōfinia
libani quoq; regio cōtra orientem a ba-
algad sub monte hermon donec ingre-
diaris emath. Omniū qui habitabant
in monte a libano vsq; ad aquas masse
rephot vniuersiq; sidonij. Ego sum qui
deleui eos a facie filioꝝum israel. Veni-
at ergo in partē hereditatis israel sicut
precepi tibi. Et nunc diuide terram in
possessionem nouem tribubus et dimi-
die tribui manasse cuz qua ruben ⁊ gad
possederunt terram quam tradidit eis
moyses famulus domini trans fluentia
iordanis ad orientalem plagā ab aroer
que sita est in ripa torretis arnon et in
vallis medio: vniuersaq; campestria me-
daba vsq; dylon. et cunctas ciuitates se-
on regis ammorei qui regnavit in ese-
ton vsq; ad terminos filioꝝum ammon
et galaad ac terminū gessuriz machati ⁊
oēm montē hermō. et vniuersam basan
vsq; salecha. Omne regnū og in basan q̄
regnavit in asaroth ⁊ edrai. Ipe fuit de

Josue

reliquis raphaim: percussitq; eos moyses atq; delevit. Nolueruntq; dispdere filij israel gessuri et machati. et habitauerunt in medio isrl vsq; in pntem die. Tribui aut leui no dedit possessione: sed sacrificia et victime dñi dei israel: ipa est ei? hec reditas sicut locutus est illi. Dedit ergo moyses possessione tribui filiozū ruben iuxta cognatōes suas. Fuitq; terminus eoz ab aroer q̄ sita est in ripa torrentis arnon. et in valle eiusdē torrentis media vniuersam planicie q̄ ducit medaba et eseton cūctosq; viculos earū q̄ sunt in campestribus. dilon q̄ et abamorbaal et oppidū baalmaon. et gessa et cedimoth et meplex et cariatthaim et sabama et sara thasar. in mote cōuallis bethphogor et aseroth phasga et bethaisimoth oēs vrbes capestres. vniuersaq; regna seon regis ammorrei q̄ regnavit in eseton. quē percussit moyses cū principibus madian. eueum et recen et sur et yr et rebec duces seon habitatores terre et balaam filius beoz ariolū occiderunt filij israel gladio cū cetens interfectis: factusq; est terminus filioz ruben iordanis fluius. Hec est possessio rubenitarū p cognatōes suas vrbiū et viculozū. Deditq; moyses tribui gad et filijs eius p cognatōes suas possessione cuius hec diuisio est. Terminus gacer et oēs ciuitates galaad. et dimidiā ptē terre filioz ammo vsq; ad aroer q̄ est cōtra rabba et ab eseton vsq; ramoth. masphe et bethanim et a manaim vsq; ad terminos dabit. In valle q̄z betharam et bethnemra et socoth et la pbon reliquā ptē regni seon regis esebō. Huius q̄z finis iordanis ē vsq; ad extre mā ptē maris cenereth trans iordanē ad orientale plagā. Hec est possessio filiozū gad p familias suas et ciuitates et vil le earū. Dedit et dimidie tribui manasse filijsq; eius iuxta cognatōes suas possessione: cuius hoc pncipiū est. Amanaim vniuersam basan et cūcta regna og regis basan. oēsq; vicos iahir q̄ sunt in basan sexaginta oppida et dimidiā partē galaad. et astaroth et edrai vrbes regni

og in basan filijs machir filij manasse dimidie parti filioz machir iuxta cognatōnes suas. Hanc possessione diuisit moyses in campestribus moab trans iordanē cōtra hiericho ad orientale plagā. Tribui aut leui no dedit possessione. qm̄ dominus deus isrl ipse est possessio eius vt locutus est illi.

XIII
Hec est qd possiderūt filij isrl in terra chanaan quā dederūt eis eleazar sacerdos et iosue filius nun et pncipes familiarū p tribu isrl sorte oia diuidetes: sicut pcepit dñs i manu moysi nouē tribubz et dimidie tribui manasse. Quabz enī tribubz et dimidie dederat moyses trans iordanē possessio nēz absq; leuitis q̄ nihil terre acceperūt inter frēs suos: sed in eoz successerant locū filij iosue in duas diuisi tribu manasse et effraim. Nec acceperūt leuite a liam in terra partē nisi vrbes ad habitadum et suburbana eaz ad alenda iumēta et pecora sua. Sicut preceperat dominus moysi: ita fecerūt filij israel et diuiserūt terrā. Acceperūt itaq; filij iuda ad iosue in galgala. locutusq; est ad euz ca leph filius iePHONE ceneceus. Nosti qd locutus sit dñs ad moisen hiez dei de me et te in cadesbarne. Quadraginta annorum erā qñ misit me moyses famulus dñi de cadesbarne vt cōsiderare terram nunciauiq; ei qd mihi vix videbat. Fratres autē mei qui ascenderāt mecum dis soluerunt cor populi. et nihilomin? ego secutus sum dñm deū meū. Iuravitq; moyses in die illo dicens. Terra quā calcavit pes tuus erit possessio tua et filiozū tuozū in eternū: qz secutus es dñm deū tuū. Cōcessit ergo dñs vitā mihi sicut pollicitus est vsq; in pntem diē. Quadraginta et qñq; anni sūt ex q̄ locutus est dñs verbū istud ad moisen qñ ambulabat israel p solitudinē. hodie octogintaquibz annoz suz sic valēs vt eo valebā tpe qñ ad explorandū missus suz illi? i me tps fortitudo vsq; hodie pseuerat tā ad bellādū q̄z ad gradiendū. va q̄ mihi montem istū quē pollicitus est dñs te q̄z audiete

in quo enachim sunt vrbes magne atq;
munite. si forte sit dñs mecū et potue-
ro delere eos sicut pmisit mihi. benedi-
xitq; ei iosue et tradidit ei hebron in pos-
sionē atq; ex eo fuit hebron caleph fi-
lio iephone ceneceo vsq; in pñtez diem
qz secutus est dñm deū israel. Nomen
hebron antea vocabat cariatarbe. Adam
maxim⁹ ibi inter enachim situs ē. ⁊ ter-
ra cessauit a plijs.

XV
Hicur fors filioꝝ iude p cogna-
tionē suas ista fuit: a termino
edō vsq; ad desertū sin ⁊ meridi-
em et vsq; ad extremā pte australis pla-
ge. Initiū eius a summitate maris sal-
siimi. et a lingua eius q respicit meri-
diem egrediturq; ⁊ ascensuz scorpionis
et pñt in fina. ascēditq; in cadesbar-
ne ⁊ puenit in esrom. ascendēs ad darā
et circumiens cariatbaa: atq; inde pñt
fiens in asemona et pueniēs ad torren-
tē egypti. erūtq; termini ei⁹ mare ma-
gnū. Dic erit finis meridiane plage. Ab
oriēte vero erit initiū mare salissimū
vsq; ad extrema iordanis. et ea q respi-
ciunt ad aquilonē a lingua maris vsq; ad
eundē iordanis fluuiū: ascēditq; termi-
nus in bethagla ⁊ trāsit ab aquilone in
betharaba. ascendēs ad lapidē loem filij
ruben. et tendēs vsq; ad terminos debe-
ra de valle achoor ptra aquilonē respici-
ens galgala q est ex aduerso ascensionis
adōmim ab australi pte torretis: transit
q; aq; que vocant fons solis et erūt eri-
tus eius ad fontē rogel: ascēditq; p cō-
uallē filij ennon ex latere iebusei ad me-
ridiē. hec est hiernsalē. et inde se erigens
ad verticē mōtis q est ⁊ gehennon ad oc-
cidentē in summitate vallis raphaim
ptra aquilonē. pñtq; a vertice mōtis
vsq; ad fontē aque neptoa. et peruenit
vsq; ad vicos mōtis ephron. inclinatur
q; in bala q est cariattharim. i. vrbs fil-
uarū: et circumit de bala ptra occidentē
vsq; ad montē seir. transitq; iuxta latus
mōtis iarim ad aquilonē in cheslō et de-
scendit in bethsames trāsitq; in thāna
et puenit contra aquilonē ptis accaron

ex latere: inclinaturq; secrona et transit
ad montē baala. puenitq; in gebneel. et
magni maris ⁊ occidentē sine cōcludit
Hi sunt termini filioꝝ iuda p circumi-
tum in cognationib; suis. Caleph vero
filio iephone dedit pte in medio filioꝝ
iuda. sicut pcepit ei dñs. cariatarbe pa-
tris enach. ipa est hebron. delevitq; ex ea
caleph tres filios enach: selsai et haymā
et tholmai de stirpe enach: atq; inde con-
scendēs venit ad habitatores dabir que
prius vocabat cariatthsepher. i. ciuitas lit-
teraz. Dixitq; caleph. Qui pcusserit ca-
riatthsepher ⁊ ceperit eā: dabo ei arā filia
meā vxorem. Lepitq; eā othoniel filius
cenece frater caleph iunior deditq; ei arā
filia suā vxorē. Que cum pgerēt simul
suasa est a viro suo vt peteret a patre suo
agrū: suspirauitq; vt sedebat in asino.
Cui caleph. qd habes inq; At illa respō-
dit. Da mihi benedictionē. Terram au-
strale et arentē dedisti mihi: iunge et ir-
riguā. Dedit itaq; ei caleph irriguū su-
perius ⁊ inferius. Hec est possessio tribu
filioꝝ iuda p cognitōes suas: erātq; ciui-
tates ab extremis ptib; filioꝝ iuda iuxta
terminos edō a meridie. cabseel ⁊ eder
et iagur et cina ⁊ dimona et adada ⁊ ce-
des et asor et iethanq; pthetelem et ba-
loth asor noba et cariothiesrom hec est
assorommāsame ⁊ meloda et asergadda
et asemoth ⁊ bethseleth ⁊ aserua ⁊ ber-
sabee ⁊ baciothia ⁊ abala ⁊ humesem et
bethholad et erul ⁊ sarma ⁊ sicelech ⁊ me-
demena ⁊ sensenna lebaoth et selim et
abemremmon. oēs ciuitates vigintino-
uem et ville earū. In campatrib; vero
estaol et sarea et asena et açona ⁊ engan-
nim et taphua ⁊ enaym et hiermoth et
adulamscho ⁊ açecha et sarim ⁊ aditha-
ym et gederaz giderothaim vrbes quat-
tuordecim ⁊ ville earū. Banā ⁊ adasa ⁊
magdalgad teleā ⁊ masepha et iectella-
chis et baschat et eglō teblon ⁊ leemas
et cethis ⁊ gideroth ⁊ bethdagon et nea-
mar maceda: ciuitates sedecim et ville
ear. Labana ⁊ ether ⁊ asā. iepta ⁊ esna ⁊
nefibz ceyla ⁊ achgib ⁊ marela ciuitates

notiē 7 ville eaz. Accaron cum vicis et villulis suis. Ab accaron vsq; ad mare omnia q̄ vergūt ad aq̄ortū 7 viculos eius. Aq̄ortū cū vicis 7 villulis suis. Gaca cū vicis 7 villulis suis vsq; ad torrentem egipti. 7 mare magnū termin⁹ eius. 7 ī mōte samir 7 iecher 7 loechoth 7 edē/na cariatshenna. hec ē dabit. anab 7 hi/ftemo. 7 ium gosen 7 olon 7 gilo. ciuis tates vndecim 7 ville eaz. arab 7 roma 7 esaā 7 ianū 7 bethafua 7 afeca athma tha 7 cariatsharbe. hec ē hebron 7 sior. ciuitates nouē 7 ville eaz. Naon 7 cher/mel 7 ciph 7 loche iegrabel 7 iucadan et canoe accaym gabaa 7 thāna ciuitates decē 7 ville eaz. Alul 7 bethsor 7 hiedoz mareth 7 bethanoth 7 helthecen ciuitates sex 7 ville eaz. Cariath baal hoc ē cariatsharim vrbis siluay 7 arebba ciuitates due 7 ville eaz. In deserto betharaba meddin 7 sacha et nebsan ciuitates salis. 7 engaddi ciuitates sex 7 ville eaz. sūt sū centū q̄ndecim. Iebuseum aut̄ hīatorē hierlm n̄ potuerūt filij iuda de lere. hitauiq; iebuseus cū filijs iuda ī hierlm vsq; in p̄ntem diem. **CXVI**

Cecidit q̄z sors filioꝝ ioseph ab iordane s̄ hiericho 7 ad aq̄s ei⁹ ab oriente solitudo q̄ ascēdit de hiericho ad mōte bethel. 7 egredit̄ de bethel iugan trāsītq; terminū archiatharoth 7 descēdit ad occidentē iuxta terminū iefleri vsq; ad terminos bethoron īferioris 7 gaser. finiūturq; regiones eius mari magno possederuntq; filij ioseph manasses 7 effraim. Et fact⁹ ē termin⁹ filioꝝ effraim p̄ cognatōes suas 7 possessio eoz s̄ orientē astaroth ad dar vsq; bethozō supiorē. egrediūturq; p̄finia in mare. Nachmetath vero aq̄lonē respicit 7 circumit terminos s̄ orientē in thanathselo. 7 p̄trāsīt a torrente ianoē descēditq; de ianoē in atharoth 7 noaratha 7 puenit in hiericho. egrediturq; ad iordanē de taphua. p̄transītq; s̄ mare in villā harundineti. sūtq; egressus eius ī mare salissimū. Dec ē possessio tribu filioꝝ effraim p̄ familias suas. vsq;

besq; separate sunt filijs effraim in medio possessionis filioꝝ manasse 7 ville eaz. Et nō interfecerūt filij effraim chananeū q̄ habitabat in gacer. habitauit q; chananeus in medio effraim vsq; in diem hanc tributarius.

CXVII

Cecidit aut̄ sors tribui manasse ip̄e em̄ est p̄rimogenit⁹ ioseph. machi r̄ p̄rimogenito manasse patri galaad q̄ fuit vir pugnator. habuitq; possessionē galaad 7 basan 7 reliquis filioꝝ manasse iuxta familias suas. filijs abiezer 7 filijs helech 7 filijs hesubel 7 filijs sichē 7 filijs epher 7 filijs semida. Isti sunt filij manasse filij ioseph. mares p̄ cognationes suas. Salphaat vero filio epher filij galaad filij machi filij manasse non erant filij sed sole filie. quaz ista sunt nomina. maala 7 noa et eglā 7 melcha et therfa. Veneruntq; in cōspectu eleasari sacerdotis 7 iosue filij nun 7 principum dicens. dominus precepit per manum moisi vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum. Deditq; iuxta imperiū domini possessionē in medio fratrum patris earum. 7 ceciderunt funiculi manasse decē absq; terra galaad. 7 basan trās iordanē. Filie enim manasse possederūt hereditatē in medio filioꝝ r̄ eius. Terra aut̄ galaad cecidit in sortem filioꝝ manasse qui reliq̄ erāt. Fuitq; terminus manasse ab aser machmastha q̄ respicit sichem 7 egredit̄ ad dexteram iuxta habitatores fontis thaphue. Etenim in sorte manasse ceciderat terra thaphue. que est iuxta terminos manasse filioꝝ effraim. Descenditq; terminus vallis harundineti in meridiez torrentis ciuitatum effraim. que in medio sunt vrbium manasse. Terminus manasse ab aquilone torretis 7 exitus eius pergit ad mare. ita vt possessio effraim sit ab austro. 7 ab aquilone manasse. 7 vtrāq; claudat mare. 7 cōiūgatur sibi in tribu aser ab aquilone. et in tribu ysachar ab oriente. Fuitq; hereditas manasse in ysachar 7 in aser. bethan

7 viculi eius. et iebblaam cum viculis suis. 7 habitatores eorum cum oppidis suis habitatores quoque endor cum viculis suis similiter habitatores ihenach cum viculis suis. 7 habitatores mageddo cum viculis suis et tertia pars vrbis nophach. Nec potuerunt filij manasse has ciuitates subuertere. sed cepit chananeus habitare in terra sua. Postquam autem pualueit filij israel. subiecerunt chananeos et fecerunt sibi tributarios nec interfecerunt eos. Locuti quoque sunt filij iosue ad iosue et dixerunt. Quare detisti mihi terram in possessione sortis et funiculi vnus. cum sim tante multitudinis 7 benedixerit mihi dominus. Ad quos iosue ait. Si plus multus es ascende in siluam 7 succide tibi spacia in terra iherusei et raphaim. quia angusta est tibi possessio montis effrai. Qui responderunt filij iosue. Non poterimus ad montana descendere. cum ferreis curribus utantur chananei qui habitant in terra campestris. in qua siti sunt bethsan cum viculis suis. 7 ierusalem mediam possides vallē. Dixit quoque iosue ad domum iosue 7 effraim 7 manasse. Populus multus est 7 magne fortitudinis. non habetis sortem vnā sed transibitis ad montem. 7 succides tibi atque purgabitis ad habitandum spacia. 7 poteris ultra procedere cum subuerteris chananeum quem dicis ferreos habere currus 7 esse fortissimum. **XVIII**

Congregati quoque sunt omnes filij israel in silo. ibique fixerunt tabernaculum testimonij 7 fuit eis fra subiecta. Remanserunt autem filij israel septem tribus que necdum acceperant possessiones suas. Ad quos iosue ait. Usque marceris ignauia 7 non intratis ad possidendam terram quam dominus deus patrum vestrorum dedit vobis. Eligite de singulis tribubus ternos viros ut mittam eos. 7 pergant atque circueant terram 7 describant eam iuxta numerum vnus cuiusque multitudinis. referantque ad me quod descripserint. Diuidite vobis terram in septem partes. Judas sit in terminis suis ab australi plaga. et domus iosue ab aquilone. mediam inter hos terram in septem partes describite. 7 huc venietis ad me ut coram

domino deo vestro mittam vobis hic sortem. quia non est inter vos pars leuitarum sed sacerdotum domini est eorum hereditas. Ead autem et ruben 7 dimidia tribus manasse. iam acceperant possessiones suas transiordaneas ad orientalem plagam quam dedit eis moyses famulus domini. Cumque surrexissent viri ut pergeret ad describendam terram precepit eis iosue dicens. Circumite terram 7 describite eam. ac reuertimini ad me ut hic coram domino deo vestro in silo mittam vobis sortem. Itaque prexerunt 7 lustrantes eam in septem partes diuiserunt scribentes in volumine reuersique sunt ad iosue in castris silo. qui misit sortes coram domino in silo. diuisitque terram filiis israel in septem partes. Et ascendit sortis prima filiorum beniamin per familias suas ut possideret terram inter filios iuda 7 filios iosue. Fuitque terminus eorum contra aquilonem a iordane pergens iuxta latus hiericho septentrionalis plage. 7 inde contra occidentem ad montana descendens 7 pueniens ad solitudinem bethauē atque pertransiens iuxta lucam ad meridiem. ipsa est bethel. descenditque in astaroth addar in montem qui est ad meridiem bethoron inferioris. 7 inclinans circumiens per mare ad meridiem montis qui respicit bethoron contra africanum. Sunt quoque exitus eius in cariathabaal que vocatur 7 cariathiarim vrbem filiorum iuda. Hec est plaga contra mare ad occidentem. A meridie autem ex parte cariathiarim egreditur terminus contra mare 7 puenit usque ad fontem super neptoa. Descenditque in partem montis qui respicit vallem filiorum ennan. 7 est septentrionalis plagam in extrema parte vallis raphaim. Descenditque in gebennon id est vallis ennon iuxta latus iebusei ad austrum. et puenit ad fontem rogel transiens ad aquilonem. 7 egrediens ad ense mes. id est fontem solis. 7 pertransit usque ad tumulos qui sunt e regione ascensus ad omim descenditque habentem. id est lapidem quem filij ruben. 7 pertransit ex latere aquilonis ad campestriam descenditque in planiciem 7 pretergreditur contra aquilonem bethaigla. sunt quoque exitus eius contra linguam

maris saliffimi ab aqlone i fine iorda-
nis ad australē plagā q̄ ē terminus illi?
ab oriente. **H**ec ē possessio filioꝝ benia-
min p terminos suos in circumitu ⁊ fa-
milias suas. **F**ueruntq; ciuitates eius
hiericho ⁊ bethagla ⁊ vallis casis beth
araba ⁊ samaraim ⁊ bethel ⁊ auim ⁊ as-
fara ⁊ offora villa hermona ⁊ offui ⁊ ga-
bee. ciuitates duodecim ⁊ ville ear. ga-
baon ⁊ rāma ⁊ beroth ⁊ mesphē capha-
ra ⁊ amosa ⁊ recem iarephel ⁊ tharela ⁊
sela leleph et iebu q̄ ē hierlm gabaad et
cariath. ciuitates quatuordecim ⁊ ville
earum. **F**uerūt omnes ciuitates vigin-
tiser. **H**ec est possessio filioꝝ benia-
min iuxta familias suas.

LXIX

Egressa est fors secūda filioꝝ
simeō p cognatōnes suas. fuit
q; hereditas eoz i medio posses-
siois filioꝝ iuda. bersabee ⁊ sabee ⁊ mo-
lada ⁊ aserua baala ⁊ asem et heltholad
bethularma ⁊ sicelech ⁊ bethmarcha-
loth ⁊ aserua ⁊ bethlepaboth ⁊ sarohē
ciuitates tredecim ⁊ ville earuz. aim ⁊
remon ⁊ athar ⁊ asan ciuitates q̄tuor ⁊
ville ear. **D**ēs viculi per circumitū vꝝ
biū istaz vsq; ad balaad bercameth cō-
tra australē plagā. **F**uerūtq; oēs ciuita-
tes decē ⁊ septē. **H**ec ē hereditas filioꝝ
simeō iuxta cogtōnes suas i possessiōe ⁊
funiculo filioꝝ iuda. q; maior erat. ⁊ id
circo filij simeō possederūt i medio he-
reditatis eius. **C**eciditq; fors tertia fili-
oꝝ sabulon p cognatōnes suas ⁊ factus
ē terminus possessionis filioꝝ sabulon
vsq; sarith. **A**scenditq; de mari ⁊ meda-
laa. ⁊ puenit in debbaseth vsq; ad toꝝ-
rentē q̄ ē ptra ieconā. ⁊ reuertitur de sa-
rith p orientē in finē ceseleth thaloz et
egredit ad dabereth ascēditq; p iasie et
inde ptra sit vsq; ad orientale plagā ge-
thxer ⁊ thacasin. ⁊ egredit in remmon
amphar ⁊ noa. ⁊ circumit ad aqlonē et
nathā. **S**untq; egressus ei? vallē pra-
hel ⁊ cathether naalol ⁊ semron ⁊ ieda-
ba ⁊ bebleē. ciuitates duodecim ⁊ vil-
le ear. **H**ec est hereditas tribu filioꝝ sa-
bulon p cognationes suas. vrbes ⁊ vi-

culi ear. ysachar egressa ē fors q̄rta per
cogtōnes suas. fuitq; ei? hēditas ierabel
⁊ casaloth ⁊ sunem ⁊ effraim ⁊ senon ⁊
naaroth ⁊ habloth et cesien haemes et
rameth ⁊ enganni ⁊ hennada ⁊ bethse-
ses. ⁊ peruenit terminus eius vsq; tha-
loz ⁊ lesenna et bethsames. erātq; exit?
eius iordanis ciuitatis sedecim ⁊ ville
ear. **H**ec ē possessio filioꝝ ysachar p co-
gnationes suas vrbes ⁊ viculi ear. **C**e-
ciditq; fors quinta tribu filioꝝ aser per
cognationes suas. fuitq; terminus eoꝝ
rum alchat ⁊ cali ⁊ bethen ⁊ arab et el-
melech ⁊ amaad ⁊ messal. et puenit vsq;
q; ad carmeluz maris ⁊ sioꝝ ⁊ labanath
ac reuertit cōtra orientē bethdagon. et
ptransit vsq; sabulon ⁊ vallez ierabel
contra aquilonē in bethemeth ⁊ neiel.
egrediturq; ad leuā cabul ⁊ acran ⁊ ro-
ob ⁊ amon ⁊ chana vsq; ad sidonē ma-
gnam. reuertiturq; in hozma vsq; ad ci-
uitatem munitissimā ticiū ⁊ vsq; ofam
erūtq; exitus eius in mare de funiculo
acciba ⁊ amma ⁊ afeg ⁊ roob. ciuitates
vigintidue ⁊ ville ear. **H**ec est possessio
filioꝝ aser per cognationes suas. vr-
besq; ⁊ viculi earum. **F**ilioꝝ nepta-
lim sexta pars cecidit p familias suas:
⁊ cepit terminus de beleb ⁊ helon san-
nanim ⁊ adammi que ē neceb ⁊ iebnabel
vsq; lecun: ⁊ egressus eozuz vsq; ad ior-
danem. reuertiturq; terminus contra
occidentem ⁊ asauoth thaloz: atq; inde
egreditur in vcuca. ⁊ pertransit in sabu-
lon cōtra meridiem. ⁊ in aser contra oc-
cidentem ⁊ in iuda ad iordanēz contra
ortū solis ciuitates munitissime: asse-
dim ser ⁊ amath ⁊ rechath et cenereth
⁊ edema ⁊ arama asoz et cedez et edrai
nasoz et ierō ⁊ magdihel hozec ⁊ betha-
nath ⁊ bethsames: ciuitates decē ⁊ no-
uem ⁊ ville earum. **H**ec est possessio tri-
bus filioꝝ neptalim p cognationes
suas vrbes ⁊ viculi earum. **T**ribu fili-
oꝝ dan p familias suas egressa est fors
septima. ⁊ fuit termin? possessionis ei?
saraa ⁊ hestool ⁊ hairsemes id ē ciuitas
solis: selebin ⁊ ahialon et iethela helon

7 themna 7 achron selcheton iebton et
baaladiud 7 bane 7 barach et iethrem
mon atq; hierco 7 arechon cū termino q̄
respicit ioppen. 7 ip̄o sine p̄cludit. **A**scē
derūtq; filij dan 7 pugnauerūt q̄ lesen
ceperūtq; eā 7 pcusserūt eā i ore gladij.
7 possederūt et hitauerūt in ea vocātes
nomē ei⁹ lesen. dan ex nomie dan p̄ris
sui. **H**ec ē possessio tribu filioꝝ dan p̄ co
gnationes suas. vrbes 7 viculi earum.
Cūq; cōpleffet sorte diuidere terrā sin
gulis p̄ tribu suas dederūt filij isrl pos
sionem iosue filio nun in medio sui
iuxta p̄ceptū dñi. vrbes quā postulauit
tannachsaraa i mōtē effraim. **E**t edifi
cauit ciuitatē habitauitq; i ea. **D**e sunt
possiones quas sorte diuiserunt elea
sar sacerdos 7 iosue filius nun. 7 prin
cipes familiaꝝ ac tribuū filioꝝ israel i su
lo. corā dño ad ostiū tabernaculi tressio
nij partitq; sunt terram. **XX**

Et locutus est dñs ad iosue di
cēs. **L**oq̄re filiis israel 7 dic eis
Separate vrbes fugitiuoz de
q̄b; locutus sum ad vos p̄ manū moisi
vt cōfugiat ad eas q̄cunq; aiā pcusse
rit nescius 7 possit euadere irā p̄mi q̄
vltor ē sanguinis. cū ad vnā hāꝝ confu
gerit ciuitatū. stabitq; ante portam ciui
tatis et loq̄tur senio rib; vrbis illius ea
q̄ se cōprobēt innocentē. sicq; suscipiēt
eū 7 dabūt ei locum ad habitādū. **C**ū
q; vltor sanguinis euz fuerit p̄secutus.
non tradēt manus eius. qz ignorans p̄
cussit primū eius. nec ante biduum tri
duūue eius pbatur inimicus. **E**t habi
tabit in ciuitate illa donec stet ante iu
diciū causam reddēs facti sui. 7 moziā
sacerdos magnus qui fuerit in illo tpe
Tunc reuertetur homicida. 7 ingredietur
ciuitatē 7 domū suā de qua fugerat
Decreuerūtq; cedes in galilea mōtis
neptalim 7 sichem in monte effraim et
cariatharbe. ipsa ē hebron in monte iu
da. 7 transiordanem q̄ orientale plagaz
hiericho statuerūt vsq; q̄ fita ē in cape
stri solitudine de tribu rubē et ramoth
galaad de tribu gad. 7 gaulon in basan

de tribu manasse. **D**e ciuitates p̄stitue
sunt cūctis filiis israel 7 aduenis q̄ ha
bitabant inter eos vt fugeret ad eas q̄
aiā nescius pcussisset. 7 nō moreret i
manu proximi. effusum sanguinē vin
dicare cupientes donec staret ante po
pulū expositurus causam suā. **XXI**

Ecceuerūtq; principes familiaꝝ
rū leui ad eleasaz sacerdoteꝝ et
iosue filium nun. 7 ad duces co
gnationū p̄ singulas tribu filioꝝ israel.
locutiq; sunt ad eos in filo terre chana
an atq; dixerūt. **D**ñs p̄cepit p̄ manum
moisi vt darētur nob; vrbes ad hitan
dū 7 suburbana eaz ad alēda iumenta.
Dederūtq; filij isrl de possessionib; suis
iuxta imperiū dñi ciuitates et suburba
na eaz. **E**gressaq; est fors in familiā ca
ath filioꝝ aaron sacerdotis de tribu iu
da 7 simeon 7 beniamin ciuitates trede
cim 7 reliquis filioꝝ caath. i. leuitis qui
supfuerant de tribub; effraim. 7 dan et
dimidie tribu manasse. ciuitates decem
Porro filiis gerson egressa ē fors vt ac
ciperēt de tribub; ysachar 7 aser 7 nepta
lim. dimidiāq; tribu manasse in basan
ciuitates nūero tredecim. **E**t filijs me
rari p̄ cognationes suas. de tribub; ru
ben 7 gad et sabulon. vrbes duodecim.
Dederūtq; filij israel leuitis ciuitates
7 suburbana eaz sicut p̄cepit dñs p̄ ma
nū moisi. singulis sorte tribuētes. **D**e
tribub; filioꝝ iuda 7 simeon dedit
iosue ciuitates. quarum ista sunt noīa.
filijs aarō per familias caath leuitici ge
neris. prima enim fors illis egressa est.
cariatharbe patris enach. que vocatur
ebzon in monte iuda. 7 suburbana eius
per circumitū. **A**gros vero 7 villas eius
dederat caleph filio iephone ad possidē
duz. **D**edit ergo filijs aaron sacerdotis
hebron confugij ciuitatem ac suburba
na eius. 7 lobnam cum suburbanis su
is. 7 iether 7 istimon 7 helon et dabit et
ain 7 ietan et bethsames cum suburba
nis suis. ciuitates nouem de tribubus
vt dictum est duabus. **D**e tribu auteꝝ
filioꝝ beniamin. gabaon et gabaec

anothot et almon cum suburbanis suis. ciuitates quatuor. oēs simul ciuitates filioꝝ aarō sacerdotis tredecim cum suburbanis suis. Reliqui vero ꝑ familias filioꝝ caath leuitici generis hec est data possessio. De tribu effraim vrbes confugij sicheu cū suburbanis suis in monte effraim ꝛ gazer ꝛ iebſam ꝛ bethoron cū suburbanis suis ciuitates quatuor. De tribu q̄z dan helteco et gabathon ꝛ hialon ꝛ iethremmon cū suburbanis suis. ciuitates quatuor. Porro de dimidia tribu manasse tenach et iethremmon cū suburbanis suis. ciuitates due. Oēs ciuitates decem. ꝛ suburbane earꝝ date sunt filijs caath. inferioris gradus. Filij q̄z gerson leuitici generis dedit de dimidia tribu manasse cōfugij ciuitates. gaulon in basan et tofram cū suburbanis suis. ciuitates duas. Porro de tribu ysachar. cesion et dabereth ꝛ iaramoth et engānim cū suburbanis suis ciuitates q̄tuor. De tribu autē aser masan ꝛ abdon ꝛ elrath ꝛ roob cū suburbanis suis. ciuitates q̄tuor. De tribu q̄z neptalim ciuitates cōfugij cedez in galilea ꝛ amothdor et carthari cum suburbanis suis. ciuitates tres. Oēs vrbes familiarū gerson tredecim cum suburbanis suis. Filij autē merari leuitici inferioris gradus ꝑ familias suas data ē de tribu sabulō iecnal ꝛ cartha ꝛ dāna ꝛ naalol. ciuitates q̄tuor cū suburbanis suis. De tribu gad ciuitates cōfugij ramos ꝛ galaad ꝛ manaim ꝛ eselbn et iaser. ciuitates q̄tuor cū suburbanis suis. De tribu ruben vltra iordanem cōtra hiericho ciuitates refugij. bosoz in solitudine misoz ꝛ iaser ꝛ iethson ꝛ maspha ciuitates q̄tuor cū suburbanis suis. Oēs vrbes filioꝝ merari ꝑ familias ꝛ cōgitiones suas duodecim. Itaqz ciuitates vniuersę leuitarꝝ in medio possessionis filioꝝ israel. fuerunt q̄draginta octo cū suburbanis suis. singule ꝑ familias distribute. Deditqz dominꝝ deus israheli omnē terram quā traditurꝝ se ꝑ filijs eoz iurauerat. ꝛ possederūt illā

atqz hitauerūt i ea. Dataqz ē ab eo ꝑꝛ in oēs ꝑꝛ circumitū natōnes nullusqz eis hostiū resistere ausus est. sed cuncti in eoz ditionem redacti sunt. Ne vnū quidem vrbum qd̄ illis prestiturꝝ se esse promiserat. irritum fuit. sed rebus expleta sunt omnia.

XXII
Eodem tpe vocauitqz iosue rubennitas ꝛ gadditas ꝛ dimidia tribuz manasse. dixitqz ad eos. Fecistis oia q̄ ꝑcepit vobis moyses famulus dñi. mihi qz in om̄ibꝝ obedistis nec reliquistis fr̄es vros lōge tpe vsqz in p̄ntē diē custodiētes impiū dñi de vti. Quia igit̄ dedit dñs deꝝ vt fr̄ibꝝ vris q̄ etem ꝛ pacem sicut pollicitus est. reuertimini ꝛ ite in tabernacula v̄ra ꝛ in terram possessionis quā tradidit vobꝝ moyses famulus dñi trās iordanē. ita dñs tarat vt custodiatis attēte ꝛ ope ꝑpletis mādatū ꝛ legē quā ꝑcepit vobꝝ moyses famulus dñi. vt diligatis dñm deū v̄strū ꝛ ambuletis in oibꝝ v̄ijs eius et obseruetis mādata illius. adheratisqz ei ac seruiatis in oī corde et i oī aīa v̄sa. Bñdixitqz eis iosue ꝛ dimisit eos. Qui reuerſi sunt i tabnacula sua. Dimidie autē tribui manasse possessionē moyses dederat in basan. ꝛ idcirco medie q̄ sup̄ fuit dedit iosue sortem int̄ ceteros fratres suos trās iordanē ad occidentalē eius plagā. Cūqz dimitteret eos in tabernacula sua et bñdixisset eis. dixit ad eos. In multa substātia atqz diuitijs reuertimini ad sedes v̄ras cum argento et auro. ere ac ferro et veste multiplici. Diuidite ꝑdam hostiū cū fratribꝝ v̄ris. Reuersiqz sunt ꝛ abierūt filij ruben et filij gad ꝛ dimidia tribu manasse a filiis israel de silo que sita ē in chanaan vt intrarent galaad terram possessionis sue quam obtinuerant iuxta imperium domini in manu moisi. Cūqz v̄issent ad tumulos iordanis in terram chanaan. edificauerunt iuxta iordanem altare infinite magnitudinis. Qd̄ cum audissent filij israel ꝛ ad eos certi nūcj detulissent edificasse filios ruben ꝛ gad ꝛ dimidie

midie tribu manasse altare in terra chanaan sup iordanis tumulos ptra filios israel. conuenerunt oēs in filo vt ascenderent et dimicarent p̄ eos. Et interim miserunt ad illos in terrā galaad phinees filiū eleasari sacerdotis. et decem principes cū eo singulos de singulis tribub. qui uenerunt ad filios ruben et gad et dimidie tribu manasse in terrā galaad dixerunt q̄ ad eos. **Hec mādat ois p̄ls dñi.** Que ē ista trāsgressio. Cur reliquistis dñm deū israel edificantes altare sacrilegū. et a cultu illius recedentes. An parū uobis est q̄ peccastis in beelphegor et vsq̄ in p̄ntem diē macula hui⁹ sceleris in uobis p̄manet. multiq̄ de p̄lo corruerūt. **Et uos hodie reliquistis dñm. et cras in uniuersum israel ira eius defuet.** q̄ si putatis immūdam esse terrā possessionis ȳe. trāsite ad terrā in qua tabernaculū dñi ē et h̄itate int̄ nos t̄m̄ vt a dño et a n̄o p̄ortio non recedatis. edificato altari p̄ter altare dñi dei n̄ri. **Nōne achā fili⁹ sare p̄terijt mādatū dñi et sup oēm p̄lm̄ isrl̄ ira eius incubuit.** Et ille erat vnus hō atq̄ vtinā solus perisset i scelerē suo. **Rūderūtq̄ filij ruben et gad et dimidie tribus manasse p̄cipib. legationis israel.** Fortissimus dñs deus ip̄e nouit. et isrl̄ simul intelliget si p̄uariationis aīo h̄ altare p̄struxim⁹. nō custodiat nos s̄z puniat nos in p̄nti. Et si ea mēte fecimus vt holocausta et sacrificiū et pacificas victimas sup eo ip̄onere mus ip̄e q̄rat et iudicet et nō ea maḡ cogitatione atq̄ tractatu vt dicerem⁹ cras dicent filij ȳri filijs n̄ris. **Quid uob et dño deo israel.** Terminū posuit dñs inter nos et uos o filij ruben et filij gad iordanē fluiū. et idcirco p̄tē non h̄ētis in dño. et p̄ h̄ac occasionez auertēt filij ȳri filios n̄ros a timore dñi. **Putauimus itaq̄ meli⁹ et dixim⁹.** Extruamus nob̄ altare. nō i holocausta neq̄ ad victimas offerēdas. sed in testimoniū inter nos et uos. et sobolem nrām. vrāmq̄ p̄geniē vt seruiamus dño. et iuris n̄ri sit offerre et holocausta et victias et pacificas ho-

stias et nequaq̄ dicāt cras filij ȳri filijs n̄ris. nō est uobis p̄s in dño. q̄ si uoluerint dicere. r̄ndebūt eis. **Ece altare domini quod fecerūt p̄s n̄ri nō i holocausta neq̄ in sacrificiū. sed in testimoniū n̄m ac ȳm.** **Ab sit a nobis hoc scelus.** vt recedam⁹ a dño et ei⁹ uestigia relinq̄mus. extructo altari ad holocausta et sacrificia et victimas offerēdas. p̄ter altare dñi dei n̄ri quod extructū ē ante tabernaculū eius. **Quib. audit. phinees sacerdos et principes legationis israel qui erāt cū eo placati sunt.** **uerba filioꝝ ruben et gad et dimidie tribu manasse liberrimē suscepērūt.** **Dixitq̄ phinees filius eleasari sacerdos ad eos.** **Nunc scimus q̄ nobiscū sit dñs qm̄ alieni estis a p̄uaricatōe hac. et liberaſtis filios israel de manu dñi.** **Reuersusq̄ ē cū p̄cipib. a filijs ruben et gad de tra galaad finiu chanaan ad filios israel. et retulit eis.** **Placuitq̄ sermo cūctis audietib. Et laudauerūt deū filij israel. et nequaq̄ ultra dixerūt vt ascēderēt p̄ eos atq̄ pugnarēt. et telerent terrā possessionis eoz.** **Locauerūtq̄ filij ruben et filij gad altare quod extruxerant: testimoniū n̄m q̄ dñs ip̄e sit deus.**

XXIII
Quoluto autē multo tpe postq̄ pacē dederat dñs israeli. subiectis in giro nationib. uniuersis. et ioh̄e iam longeuo et p̄senilis etatis. postq̄ diuiserat terrā filijs israel s̄m quod domin⁹ imperauerat. uocauit ioh̄e sue omnem israelem maiorezq̄ natu et principes ac duces ac magistros. dixitq̄ ad eos. **Ego senui et p̄gressioris etatis sum uosq̄ cernitis omnia q̄ fecerat dominus deus uester cūctis p̄ circumitū nationibus quomō p̄ uobis ip̄e pugnauerit.** **Et nūc quia uobis sorte diuisa sit omnē terram ab orientali parte iordanis vsq̄ ad mare magnum. multēq̄ adhuc sup̄sunt nationes. dominus deus uester disperdet eas et auferet a facie uestra. et possidebitis terram sicut uobis pollicit⁹ ē.** **Tm̄ cōfortamini et estote solliciti vt custodiatis cūcta q̄ scripta sunt**

in volumine legi moisi et non declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram ne post intraveritis ad gentes que inter vos future sunt. iuretis in nomine deorum earum et seruiatis eis et adoretis illos. sed adheretis domino deo vestro quod fecistis usque in diem hanc. Et tunc auferet dominus deus in conspectu vestro gentes magnas et robustissimas et nullus vobis resistere poterit. Unus est vobis persecutor hostium mille vestros. quia dominus deus vestri pro vobis ipse pugnat sicut pollicitus est. hoc tamen diligentissime precauetis ut diligatis dominum deum vestrum. Quod si volueritis gentium harum que inter vos habitant erroribus adherere. et cum eis miscere nubia atque amicitias copulare. iam tunc scitote quod dominus deus vestri non eas deleat a facie vestra. sed erunt vobis in foveam ac laqueum et offendiculum ex latere vestro et sudes in oculis vestris. donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. En ego hodie ingrediar viam uniuersae terre. et toto animo cognoscetis quod de omnibus verbis que se dominus prestitit vobis esse pollicitus est. unum non preterierit incassum. Sicut ergo impleuit ope quod promissit et prospera cuncta venerunt. sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. **XXIII**

Congregauitque Josue omnes tribus israel in sichem. et vocauit maiores natu ac principes et iudices et magistros. steteruntque in conspectu domini. et ad populum sic locutus est. Hec dicit dominus deus israel. Trans fluum habitauerunt patres vestri ab initio. thare pater abraam et nachor fuerunt deus alienis. Tuli ergo patrem vestrum abraam de mesopotamia finibus. et adduxi eum in terram chanaan. multiplicauitque seminem eius et dedi ei isaac. illique rursum dedi iacob et esau. Et quibus esau dedi montes seu ad possidendum. iacob vero et filii eius

descenderunt in egiptum. Visitque moises et aaron et percussit egiptum multis signis atque portentis. eduxitque vos et patres vestros de egipto. et venistis ad mare. persecutique sunt egiptii patres vestros cum curribus et equitatu usque ad mare rubrum. Clamauerunt autem ad dominum filii israel. qui posuit tenebras inter vos et egiptios. et adduxit super eos mare et operuit eos. Ciderunt oculi vestri cuncta que in egipto fecerim. et habitastis in solitudine multo tempore. et introduxi vos in terram ammorei que habitabat trans iordanem. Cuique pugnarent contra vos. tradidi eos in manus vestras. et possedistis terram eorum atque interfecistis eos. Surrexit autem balach filius sephor rex moab et pugnavit contra israel. Visitque et vocauit balaam filium beor. ut malediceret vobis et ego nolui audire eum. sed e contrario per illum benedixi vobis et liberaui vos de manu eius. Transiistisque iordanem et venistis ad hiericho. pugnaveruntque contra vos viri ciuitatis eius. ammoreus et phereceus et chananeus et etheus et gereseus et eueus et iebuseus. et tradidi illos in manus vestras. Visitque ante vos scabrones. et eici eos de locis suis duos reges ammoreorum. non in gladio et in arcu tuo. deditque vobis fram in qua non laborastis et vrbes quas non edificastis ut habitaretis in eis vineas et oliueta que non plantastis. Nunc ergo timete dominum et seruite ei perfecto corde atque verissimo. et auferite deos quibus seruiertis patres vestri in mesopotamia et in egipto ac seruite domino. Sinauit malum vobis videtis ut domino seruiatis. optio vobis datur. Eligite hodie quod placet cui seruire potissimum debeat. vestrum dominus que bus fuit patres vestri in mesopotamia. an dominus ammoreorum in qua terra habitatis. Ego autem et domus mea fuiemus domino. Responditque populus et ait. Absit a nobis ut relinquamus dominum et seruamur dominus alienis. Dominus deus noster ipse eduxit nos et patres nostros de terra egipti et de domo fuitur is. fecitque vestri deum nobis signa et prodigia. et custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus et in cunctis populis per quos transiuimus. et eiec

Vniuersas gētes ammorieorū habitato
rē terre quā nos intrauim⁹. Seruiem⁹
igit dño qz ipse ē deus nŕ. Dixitqz iosue
ad pplm. Nō poteritis seruire dño. tē
em ianct⁹? 7 fortis emulatoz ē. nec igno
scet scelerib⁹ vŕis atqz peccatis. Si di
miseritis dñm 7 fueritis dñs alienus
puertet se 7 affliget vos atqz subuertet
postqz vob pŕtiterit tona. Dixitqz plus
ad iosue. Neqz ita vt loqris erit. sed
dño seruiem⁹. Et iosue ad pplm. testes
inqt vos estis. qz ipi elegeret⁹ vob dñm
vt seruiat⁹ ei. Rēderūtqz. Testes. Nūc
ergo ait. auferte deos alienos de medio
vŕitri 7 inclinate corda vŕa ad dñm deū
israel. Dixitqz plus ad iosue. Dño deo
nrō seruiemus. et obediētes erimus pŕ
ceptis eius. Percussit ḡ iosue in die il
lo fedus. 7 pposuit pŕlo pcepta atqz iu
dicia i siche. Scripsit qz oia verba hec
in volumie legis dñi. 7 tulit lapidē per
gradē. posuitqz subter quercū q̄ erat in
sanctuario dñi. 7 dixit ad omnē pplm.
En lapis iste erit vobis in testimoniū.
qz audieritis oia verba dñi q̄ locu tus ē
vobis ne forte postea negare velit⁹ 7 mē
tiri domino deo vrō. Dimisitqz pplm
singulos in possessionem suam. Et post
hec mortuus ē iosue filius nun seruus
domini centū decem annoz sepelierūt
qz eū in finib⁹ possessionis sue in tñath
sare. que sita est in monte effraim. a se
ptentrionali parte montis gaas. Ser
uivitqz isrl domino cūctis dieb⁹ iosue 7
seniorum qui longo vixerant tempore
post iosue. 7 qui nouerāt omnia opa do
mini que fecerat in israel. Ossa quoqz
ioseph que tulerāt filij israel de egipto.
sepelierūt in siche in parte agri quem
emerat iacob a filijs emmoz prīs siche
centū nouellis ouib⁹ 7 fuit in possessio
nem filioz iosueph. Cesar quoqz filius
aaron mortuus ē. 7 sepelierūt euz in ga
baath phinees. filij eius que data est ei
in monte effraim.

Explicit liber iosue. Incipit liber soph
tim que nos Iudiciū appellam⁹ Ca. I.

Dixit mortem io
sue consuluerūt filij isrl do
minū dicentes. Quis ascē
det ante nos p̄ chana neū et
erit dux belli. Dixitqz domin⁹. Judas
ascēdet. Ecce tradidi trā in manu eius
Et ait iudas simeoni frī suo. Ascende
mecū in sortem meā. 7 pugna p̄ chana
neū. vt 7 ego p̄gam tecū in sortem tuā
Et abiit cū eo simeon. Ascēditqz iudas
7 tradidit dominus chana neum ac p̄
resem in manus eoz. 7 pcusserūt i be
sech decem milia viroz. Inuenerūtqz
adonibezech in besech 7 pugnaverūt p̄
eū ac pcusserūt chana neū 7 phere seum
Fugit autē adonibezech que p̄secuti cō
phenderūt cefis summitatib⁹ manuuz
ei⁹ ac pedū. Dixitqz adonibezech. Se
ptuaginta reges āputatis manuū ac pe
duz summitatib⁹ colligebāt sub mensa
mea ciboz reliqas. sicut feci. ita reddidit
mibi de⁹. Adduxerūtqz euz in hierlm et
ibi mortuus ē. Oppugnātes ergo filij
iuda hierlm ceperūt eaz et pcusserūt in
ore gladij tradētes cūctā incendio ciui
tatē. Et postea descēdētes pugnaverūt
p̄ chana neū q̄ habitabat in mōtanis et
ad meridiem in cāpestribus. Pergēs qz
iudas chana neū q̄ habitabat in hebron
cuius nomē fuit antiquitus cariat har
be. percussit sesai 7 haiman et tholmai.
atqz inde profectus abiit ad hitatores
dahir. cuius nomē vetus erat cariat hse
pher. i. ciuitas literaruz. Dixitqz caleph.
Qui pcusserit cariat hsepher 7 vastau
erit eā dabo ei axam filiā meā vxorē. Cū
qz cepisset eaz othoniel filius cenez frat
caleph minor. dedit ei axā filiā suā p̄iu
gē. Quā p̄gentē in itinere monuit vir
suus vt peteret a p̄re suo agrū. Que cū
spirasset sedens in asino dixit ei caleph
Quid hēs. At illa rēdit. Da mihi be
nedictionē. qz terrā arentēz dediti mi
hi. da et irriguam aquis. Dedit ergo
caleph irriguum superius et irriguum
inferius. Filij autē cinei cognati moi si
ascenderūt de ciuitate palmarū cū filijs